BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA

M. MANILII

ASTRONOMICA

EDIDIT

GEORGE P. GOOLD

EDITIO CORRECTIOR
EDITIONIS PRIMAE (MCMLXXXV)



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCVIII

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Manilius, Marcus:
[Astronomica]
M. Manilii Astronomica / ed. George P. Goold. —
Ed. corr. ed. primae (1985). — Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1998
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-8154-1528-4

Printed in Germany
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, Bad Langensalza

PRAEFATIO

Quicumque Manilium edendum hodie suscipit, ei necesse erit, dummodo susceptum velit quam optime perficere, Housmanni operam adeo iterare, ut paene furti crimen subire videatur aut certe famam compilatoris: nam ille in recensendo, in emendando, in enarrando tanta diligentia, tanta subtilitate rem navavit quantis vix quisquam in doctrina nostra. cuius opus si post quinquaginta annos repetere audeo, causa est quod studiis Manilianis novi non paullum contribuerunt viri docti, ut multa in codicibus indagandis Michael Reeve, multa in textu enucleando Winfried Bühler, multa in corruptelis sanandis Shackleton Bailey; nec desunt alii quibus aliquid debetur. Housmanno tamen duce codicum lectiones affero, textum statuo, opus indicibus et aliis subsidiis exorno, hoc praecipue efficere conatus, ut bene quidem ab editoribus praecedentibus peracta conserventur, suppleantur vero deficientia, vitiosa emendentur.

DE AVCTORIS NOMINE ET AETATE

1. De Astronomicon auctore nihil novimus non ex carmine vel ex codicibus derivatum; neque apud antiquos quisquam aut carmen aut poetam nominat, nisi quod Firmicus Maternus, dum Matheseos octavum librum componit, manifeste nostri quinto utitur, non tamen ut mutuationem fateatur. at Manilii libros i et ii Augusto vivo, sed post A. D. 9 (1, 899sq.), scriptos esse ex 1, 7sq. et 2, 509 discimus, Tiberio principe librum iv (4, 764 et 776). et satis aperte Vergilium imitatur opus suum Astronomicon libros ut ille Georgicon titulans et in ultimo libro Persei et Andromedae fabulam fusa narratione inducens, ut ille Orphei et Eurydices.

DE BOBIENSI ET ARCHETYPO

2. Etenim primus eruditissimus Gerbertus (940?–1003; ex anno 999 Papa Sylvester II) poetam nostrum nominat, cum in litteris (Epist. 8) Bobio ad Adalberonem Remorum archiepiscopum anno 983 missis se memorat in *viii volumina Boetii de astrologia* nuper incidisse; lapso quinquennio Bobium Roma cum scribit, Rainardum monachum (Epist. 130) rogat *ut michi scribantur M. Manlius de astrologia; Victorius de rethorica;*

Demostenis optalmicus. ecce, in catalogo Bobiensi saec. ix[2] (Reynolds 241 n. 16) haec volumina mire coniuncta invenimus: (384–386) *libros Boetii iii de aritmetica et* (387) *alterum de astronomia*; tum (388) *librum Marii Victoris de rethorica*, et post intervallum (399) *librum i Demosthenis*. nonne luce clarius est Gerbertum in Epist. 130 quidem Manilium nostrum poscere, in priore vero epistula *viii Boetii* nil nisi tres libros Boethii Arithmeticorum cum quinque Manilii Astronomicon alligatos significare? nihil amplius de codice Bobiensi innotuit, sed vix fieri potest quin idem **A** fuerit atque ille quem Antiquissimum dudum soleo vocare, siglo **A** denotans, non archetypum sed archetypi parens, cuius paginas propter res quasdam infra exponendas restituere possumus. quantum ad archetypum **O** attinet, commoditatis causa siglo **O** a me insignitum (in apparatu, fateor, paulo subtilius hac littera utor, ut codicum **GLMN** consensum significet), hoc credo illum codicem fuisse qui in Gerberti usum, scilicet saeculo decimo exeunte, et, ni fallor, Bobii descriptus est.

DE CODICVM CLASSE BELGICA

3. Archetypum quidem diu ipsum delituit, fortasse apud monasterium Bobiense, sed saeculo undecimo in Flandria apparet apographum, **α** parens ut videbimus codicum **GLV**, quod Housmannum secutus siglo **α** indicabo. et haud scio an in catalogo Abbatiae Laubacensis (annorum c. 1049–1160, vide sis Reeve[3] 519) recognoscendum sit, ubi memorabantur *Astronomicon lib. VI. T. Claudii Caesaris Arati phenomena. Periegesis Prisciani. Vol. I.* de codice Laubacensi, sive cautius **α** appellare mavis, praedicare licet paginas habuisse eum xxxviii linearum, ut ex magna transpositione discendum est: nam inter 3, 399 et 400 exhibent **GLV** 4, 10–313, vero ordine in **M** servato; cum summa versuum 4, 10–313 sit 304 (= 38 × 8) et summa 3, 400–4, 9 titulis inclusis paene eundem numerum compleat, *videtur*, ut ait Housmannus ad 3, 399, *unus quaternio singulis paginis versus fere duodequadragenos continens perverse complicatus fuisse, ita ut priores octo paginae cum octo posterioribus locum mutarent.* ceterum quoniam 3, 400 praecedunt 2440 versus (incluso primo folio in **L** vacuo) summam quattuor quaternionum (2432) praeterpropter facientes, satis patet quintum perversum esse quaternionem. codicis **α** tria sunt apographa, quorum duo exstant, tertium vero, quamvis deperditum, ex collatione notum est; unde hoc quoque de **α** praedicare licet, scribam versus 3, 188; 4, 731. 732; 5, 12b. 13a omisisse.

4. Horum trium codicum, si illustrissimum Traubium audimus (apud **L** Thielscherum 122), veterrimus est codex Lipsiensis (**L**), bibliothecae universitatis 1465, membranaceus, saeculi undecimi ineuntis: folia continet xcvi (nec quicquam praeter Manilium), versus autem in

singulis paginis xxiii. non totus eadem manu scriptus est, sed hic illic in libro tertio alteram agnosces, ut aliam paene ubique in libro quinto. sed maioris momenti est quod plurimae correctiones (L^2) alia sed coaeva manu additae sunt, ita ut ex exemplari iterum et diligenter quidem collato ortae esse videantur. primus editorum usus est Bentleius. Housmanni collationem sequor, quam, cum ipse imaginem codicis nunc possideam, confirmare et hic illic supplere potui. L^2

5. Nonnullis annis post Lipsiensem scriptum lapsis alterum codicis apographum factum est, codex Gemblacensis (G), olim monasterii Gemblacensis, nunc Bruxellensis bibliothecae regiae 10012, membranaceus, undecimi saeculi (inter 1012–1048: Reeve[3] 519 n. 67): folia continet cxxv, versus autem in singulis paginis xxi usque ad fol. 48^v, exinde xxii; praeter Manilium Prisciani grammatici Periegesin habet. ceterum Traubio (loc. cit.) visum est Gemblacensem et Lipsiensem (hunc paulo vetustiorem) ex eadem vicinia, scilicet dioecesibus Leodicensi et Ďividunensi, exortos esse. contulerunt Carrio (in Bodl. Linc. 8^0 F. 107 = ed. Lugd. 1566) et Susius; editorum primus usus est Scaliger[2]. Housmanni collationem plerumque sequor, quam, cum ipse imaginem codicis nunc possideam, confirmare et hic illic supplere potui. G

6. Deinceps nominandus est codex Venetus, cui siglum V assigno, olim coenobii D. Antonii, membranaceus (Gron.[4] III 15), undecimi saeculi (Bent. xiv): quod coenobium cum anno 1687 deflagravisset, veri simile est periisse et codicem; sed collationem paulo ante a Joh. Fr. Gronovio factam in usum Bentleii misit Jacobus Gronovius, quam ille in margine Scaligeranae alterius (nunc Cantabrigiae, Bibl. Trin. Coll. Adv. d. 2. 13) transcripsit: hanc in lucem protulit Garrodus, pp. xlvi-liv editionis suae. praeterea casu felici Michael Reeve[3] (519 n. 71) ipsam Gronovii collationem in bibliotheca Leidensi nuper invenit, sane in libro 755 H 15, exemplari Manilii ed. Lugdun. 1566 (quod quondam possidebat Salmasius). satis plenam collationem ibi factam (nisi quod omissiones plurimas vix ullius pretii a Gronovio commemoratas prae temporis angustiis neglexit) mihi benignissime in usum huius editionis mandavit. quas lectiones hic includo omnes, ne forte Housmannum Bentleiana menda inscium repetentem tacendo videar confirmare. ex omissionibus illis, puta propter scripturam evanidam vel difficilem lectu, potest concludi codicem ut post Lipsiensem ita et post Gemblacensem exaratum esse. ceterum in alia re coniecturam valde arridentem proposuit Reevius, scilicet Venetum eundem esse atque codicem illum quem Petrus Leo, medicinae apud Patavinos professor, Angelo Politiano anno 1491 imprudenter ostendit: nam hic incontinenter codicem Venetiam secum abripuit, nullum antiquiorem (sc. Manilianum) se usquam conspexisse testatus. V

7. Belgicae classi attribuendus est et codex Tullensis, qui, etsi non iam exstat, ex catalogo ante 1084 composito sequenti annotatione notus est: *cuiusdam de astronomia cum peryesi Prisciani et Girberto de astrolapsu. Vol. I* (Reeve[3] 519 n. 70). illam astronomiam eandem esse atque carmen Manilii quis potest dubitare, praesertim cum codicis Bernensis 276 annotator Man. 1, 331 sq. citet quasi ex Prisciani Periegesi (Reeve[4] 236 n. 8)? et proderit memorare Belgicam classem nomen poetae nostri totum perdidisse.

DE CODICE MATRITENSI

8. Ad archetypum redeamus: hoc, quod Bobii saeculo decimo locavimus, quinto decimo Spirae resurrexit. quem codicem Poggius anno 1417 alicubi trans Alpes inventum per viciniae scribam, *hominem ignorantissimum omnium viventium*, sibi transcribendum curavit. quod transcrip-**M** tum hodie exstat, codex Matritensis (**M**), Bibliothecae Nationalis 3678 (olim M 31), chartaceus, folia habens cxv, versus autem in singulis paginis xl; praeter Manilium Statii Silvas continet, utrumque opus eadem manu exaratum: partem priorem, h. e. Manilianam, efficiunt quinque seniones, sed primum folium, quod 1, 1–82 olim exhibebat, iam deperditum est; et textu in tertia linea fol. 54^r ad finem perducto quod spatii supererat vacuum relictum est. collationem primus anno 1893 divulgavit Ellis[2]; sed **M** iam prius, videlicet anno 1879, detectum contulisse G. Loewium testatur Breiter p. iii. Housmanni vero collationem sequor, quam, cum ipse imaginem codicis nunc possideam, confirmare et hic illic supplere potui.

DE CETERIS PRIMARIIS

9. Neque statim post Matritensem exaratum periit archetypum, ut **N** ostendunt duo testes, quorum maioris pretii est codex Londiniensis (**N**), Bibliothecae Britannicae Add. 22808. huius codicis prius incogniti notitiam Reevio[3] (520) debemus, qui anno 1979 bibliothecae catalogum perquirens non inter auctores Latinos sed sub astronomia ordinatum summa diligentia invenit. chartaceus est (cum signo aquali Briquet 12995, videlicet c. 1430–1449), manu Germanica scriptus saec. xv, hoc est, si in his rebus licet conicere, anno praeterpropter 1450: Manilii 1, 1–1, 727 exhibet fol. 2^r–11^v, paginis variam versuum summam (a xxxiii usque ad xxxix) continentibus. ex annotatione fol. 1^r ab Sifrido Schlunt scripta *pronunc conventualis in Amorbach* videtur codex ex Amerbacensi regione, sane non procul a bibliotheca Spirensi distante, advenisse. Londiniensis textum maiorem partem cum Matritensi conspirantem iudicat Reevius neque ex **M** neque ex α derivatum esse, sed ex ipso archetypo. cui accedo, ultro monens alium codicem intercessisse

nullum. contulit Reevius, quem, imaginem nactus, confirmare et hic illic supplere potui.

Arte inter se coniunctos esse codices **MN** demonstrant exempli causa loci sequentes (a Reevio[3] 521 adducti), ubi consentientes errant:

179 uno **MN** imo **GL** (*recte*)
298 graia **M** grata **N** graiae **GL** (*recte*)
365 sidera **MN** -e **GL** (*recte*)
516 terra euert- **MN** terrae uert- **GL** (*recte*)

in sequentibus **MN**, quamvis peccantes, minus a veritate distant quam **GL**:

214 tellus *Jacob* stellas **MN** -is **GL**
285 axis *Bent.* eius **MN** ei **GL**
358 ni w ne **MN** in **GL**

N cum **GL** contra **M** conspirans nonnisi per varias lectiones in archetypo sive in margine sive supra lineam scriptas explicari potest, quod et alibi fieri, ut iam demonstravi, concludendum est.

217 ad heliacas *Hous.* adeiacas **MN** (= **O**) ad inlicas **N**[2] ad niliacas **L** (= **O**[2]) niliacas **GL**[2]
252 mutuaque *Bent.* (multaque **O**) multa quod **M** et multa **GLN** (= **O**[2])
423 eguit ioue *Hous.* (= **O**) esurcione **M** dubitavit **GLN** (= **O**[2])

10. Agmen primariorum claudit Parmensis Palatinus 283 (**P**) (Reeve[3] 519sqq.), c. 1452 scriptus, Manilii quindecim tantum versus habens, sc. 1, 1—15, quibus praefixum est *M. Manilii Stronomicon liber primus sic incipit et est in bibliotheca Spirensi* et subscriptum *sunt libri sex; ultimus est completus*. M. Manilii nomine autem in Belgicis Astronomicon codicibus iamdiu amisso sequitur ut hoc fragmentum ex eodem fonte atque Matritensis derivandum sit, hoc est aut ex archetypo aut ex apographo eius. sed prior opinio, ne codices non exstantes praeter necessitatem multiplicemus, praeferenda videtur. sed quid vult illud *libri sex*? non video quid aliud habuerit liber ille sextus nisi Arati (sc. Germanici) Phaenomena; nec habeo quod Reevio[3] 522 respondeam quaerenti cur Poggius anno 1417 Manilium quidem arripuerit, Germanicum vero spreverit. itaque haud scio an hic rem habeamus non cum sex libris sed potius cum titulo *Astronomicon lib. VI* nescioquomodo a catalogo Laubacensi (vide supra cap. 3) tradito.

P

DE CODICVM NECESSITVDINIBVS

11. Nunc maxime expedit statuere qualibus necessitudinibus tres primarii codices, **GLM**, inter se coniuncti sint, ceteris interea dilatis. sane affines esse hos et ab archetypo medii aevi descendere ostendunt sescenti errores communes, quorum hi ex libro primo deprompti exem-

plum praebeant (scito me in omnibus sequentibus exemplis lectionem vel veram vel minus corruptam praeposuisse):

1, 105 sonitum l solitum **GLM** (= **O**)
1, 355 – 398 *extra ordinem* **GLM** (= **O**), *corr. Scal.*
1, 422 tum di *Scal.* tumidi **GLM** (= **O**)
1, 917 Roma *Bent.* pompa **GLM** (= **O**)

nec minus clare perspicere licet alia via **M** alia **GL** ex archetypo defluxisse:

1, 669 *habent* **GL** *om.* **M**
3, 188 *habet* **M** *om.* **GL**
4, 10 – 313 *hoc loco* **M** *ante* 3, 400 **GL**

et similiter ex communi fonte (quem eundem atque Laubacensem esse credo) hinc **G** hinc **L** manare satis probant qualia haec:

1, 441 alterius **G**(**M**) ulterius **L**
1, 833 *habet* **L**(**M**) *om.* **G**
2, 286 dexter **G**(**M**) -era **L**
5, 180 puellam **L**(**M**) capellam **G**


sed saepissime accidit ut **G** et **L**^{2} (Lipsiensis manus secunda) contra **LM** consentiant, modo interpolata, modo vera praebentes, ut:

1, 760 que **GL**^{2} *om.* **LM**
2, 449 curret **LM** curat **GL**^{2}
3, 32 casus **GL**^{2} *om.* **LM**
4, 776 nunc **LM** hanc **GL**^{2}

12. Hinc nobis facile fit Venetum agnoscere ex eodem quo **G** et **L** fonte (iam supra α littera notato) derivatum esse, neque alterutro intercedente, nam modo cum **LM**, modo cum **GL**^{2} consentit:

1, 809 c **LM** ac **GL**^{2}**V**
2, 535 trigono **LMV** -um **GL**^{2}
2, 709 errat **GL**^{2}**V** -ant **LM**
3, 327 ab **GL**^{2} ad **LMV**


13. Ceterum, ut iam in Phoenicis diario (Goold^2 97) monstrare conatus sum, in nonnullis locis traditionem interlinearem licet clara luce conspicere: videtur enim Lipsiensis (ut Matritensis) lectionem exemplaris sui linearem deprompsisse, Gemblacensis et Venetus vero ex varietate elegisse. quod pauca exempla ostendent:



et vide ad 3, 395 *parti*, ubi *α* primo *para* scripserat, tum α^2 litteras *'i* addidit, unde **L** *para i*, L^2 *parati* intellexit; hoc tamen loco **G** et **V** in coniectura *parte* conspirant.

14. Interdum fit nova dissensio, alio L^2**M**, alio **GL** suffragantibus. saepissime de levi errore agitur in *α* exorto, tum ab α^2 correcto: exempli gratia, ad 1, 470 *conditur* habet **M** (re vera *c̄d-*, ut fortasse iam archetypum), sed in *α* primo *ceditur* male scriptum est (unde *ceditur* **L**, *caeditur* **G**), postea supra lineam correctum (unde *conditur* L^2). quin etiam iam in archetypo hic illic stetisse videntur huiusmodi lectiones variae. rem probare quidem valde difficile est; tamen suspicor archetypum ad 4, 894 *mundus ipsis* supra scripto *in* praebuisse (ita ut verum textum *α* et **L** transcripserint, mendosum **M** et α^2 et **G**); item ad 5, 208 *rapet* supra scripto *i* (ut *rapiet* legeretur: sed *rapet* descripsit **M**, *rapiet* *α* et **L**, *rapit* male α^2, quod et GL^2); et ad 5, 437 quale *ingemis* supra scripto *nu* (unde **M** *ingeniis*, *α* et **L** *ingeminus*, hoc autem correctum ut L^2 *ingeniis* elicuerit, **G** *ingenus*).

15. Has tandem necessitudines liceat subiuncto stemmate depingere.



DE TITVLIS ET CAPITVLIS

16. In hac parte praefationis Housmannum secutus titulos et capitula ex codicibus desumpta coniunctim referre malui quam passim in apparatu dispersa. siquis enim quae capitula in codicibus primariis exstent et quot lineas compleant computaverit, is veram archetypi (**O**) imaginem poterit creare et illis primi libri transpositionibus ultra adiutus ipsas paginas codicis eius quem Antiquissimum sive **A** vocavimus adamussim restituere. sane non haec in congerendis capitulis pp. 95–99 quinti sui voluminis petebat Housmannus; itaque necesse est ut paulo plura de numero linearum et de scriptura marginali referantur. verumtamen tanta sollertia operam navavit (omnia enim ab illo relata in codicibus sedulo contuli), ut vix possit res magis perspicue tractari. in sequentibus ergo confiteor me plurimum illi referre acceptum.

17. In **M** capitula litteris maiusculis praeter paucissima infra notata a prima manu scripta sunt, in **L** autem minusculis (ut excepta superscriptione omnia in **N**) usque ad 1, 666, post quem spatia vacua capitulis recipiendis accommodata relicta sunt; ista vero capitula plerumque minutis litteris in margine addidit **L**[3], non prima sed antiqua manus; contra index capitulorum libro secundo praemissus item minutis litteris scriptus primae manui debetur. in **G** denique pleraque prima manus exaravit et quidem maiusculis; haec tamen satis certis indiciis Housmannus monstrat post addita esse quam textus carminis exaratus esset. quo melius clarescat codicum coniunctorum testimonium, plurima scribarum menda, quae nullius momenti iudicavi, magis quam Housmannus singillatim notare supersedi.

18. In libro primo:

ante **1** titulus duarum linearum erasus (fortasse idem atque in **L**) **G**. *Manlius poeta* **G**[r]. *Arati philosophi astronomicon* | *liber primus incipit* **L** in rasura fortasse eiusdem tituli: *Prelibatio* **L** in margine. periit in **M** primum folium, quod, quia totum complebant versus 1–82, nullum titulum videtur habuisse: tituli ergo ab apographis eius exhibiti omni carent auctoritate; sunt autem hi: *M.* (*Marci* **t**) *Manilii* (*Boeui* add. **v**) *astronomicon liber primus* (*foeliciter* add. **u**) *incipit* **tuv** (*Boeui* proculdubio a *Boetii* ortum; sane ex **M** subscriptione libri secundi) *M. Manilii astronomicon liber I* **N** *M. Manilii Stronomicon liber primus sic incipit et est in bibliotheca Spirensi* et post **15** *sunt libri sex, ultimus est completus* **P**

ante **83** in superiore margine (primo folio scilicet amisso) *Manilii Astronomicon et Statii Papinii Sylvae et Asconius Pedianus in Ciceronem et Valerii* | *Flacci nonnulla* **M**[r]

ante **118** *De origine mundi* **GLMN**

ante **194** *Quare terra sit rotunda* **GLMN**[m] (nullum in hoc interstitium)

ante **263** nullum interstitium **G** *De xii signis. De Ariete I* **L** *Signa XII* **M**[2] marg. sin., *De XII signis et primo de ariete* **M**[r] marg. dext. *De duodecim signis zodiaci* **N**[m] (ad **255**): hinc usque ad **483** nullum interstitium in textu **GLMN**

in margine ad **275** *De axe* **L**[3] *Axis* **M**[2] marg. sin. *De axe uel axibus* **N**[m] || ad **294** *De argonautis* **L**[3]**M**[r] || ad **295** *Helice* **L**[3]**M**[2] marg. sin. **N**[m] || ad **299** *Cynosura* **L**[3]**M**[2] marg. sin. **N**[m] || ad **305** *Anguis* **L**[3]**M**[2] marg. sin. **N**[m] || et similiter plurima non tanti pretii ut hic exscribantur

ante **483** *De aeternitate mundi* **GLMN**[m]

ante **566** *De parallelis circulis* **G**[3]**LMN**[m]: hic titulus, ad caput loci transpositi et manci (566 567 568–611) locatus, ideo excogitatus esse videtur ut officio illius versui 561 praefixi et tunc procul sublati fungeretur: ergo non erat in **A**

ante **539** *De magnitudine et latitudine* (**GL** *lat- et magn-* **M** *alt- et magn-* **N**) *mundi et signorum* **GLN** (una linea) **M** (duabus)

ante **561** *De circulis caelestibus: De coluris* **M** *De coluris* **G**[3]**LN**[m]
ante **631** *De anabibazonte et orizonte* **GLN**[m] neque interstitium neque quicquam in margine **M**
ante **666** *De zodiaco et* (om. G) *lacteo circulis* (om. G) **GL** *De zodiaco et lacteo circulis* (om. N) **M**[r] marg. dext. **N**[m] nullum interstitium **M**
ante **809** *De cometis* **G**[r]**L**[3]**M** una linea vacua **L** (sane in 1, 727 (ultima folii linea) desierat **N**)

19. In libro secundo:

ante **1** duae lineae vacuae (quarum in prima *Explicit liber primus Incipit secundus* **G**[r]) tum 2, **1** **G** tres lineae vacuae **L** *M. Manili astronmicon liber* | *primus explicit* | *incipit secundus* **M**: sequitur in **LM** index capitulorum libri secundi xv lineis comprehensus:

Quae signa masculina sint et (om. L) *quae feminina* |
Quae humana quae duplicia et quae biformia |
Quae nocturna aut diurna |
Quae humida aut terrena aut communia |
Quae fecunda quae currentia aut recta |
Quae sedentia aut latentia (*iac-* **249**) *quae debilia* |
Quae uerna aestiualia autumnalia et hiberna |
Quae cauta (*coniuncta* Garrod) *et eorum dextra aut sinistra* |
De mensura trigonorum et quadratorum in partes |
De signis exagonis. de coniunctis (*inc- et* **385**) *quae sexto loco sint* (*sunt* Hous.[5]) |
De contrariis. ad cuius (*dei* supra scr. L) *tutelam quaeque signa referuntur* (*-antur* **L**[2]) |
Quorum menbrorum in homine | *Quodque signum tutelam habeat* |
Signorum inter se commercia uisus auditus odia |
De duodecathemoriis (**L**[2] *duodecimcath-* **LM**) |
tum 2, **1** nullo intervallo **M** decem lineae (reliqua pars paginae) vacuae, item duae in initio sequentis **L**

ante **150** *Quae signa masculina sint quae feminina et quae humana* una linea **G**[m]**L**[3]**M** duae lineae vacuae **L**
ante **159** *Quae signa duplicia sint et quae* (om. GL[3]) *biformia* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **197** *Quae sint aduersa* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **203** *Quae nocturna aut diurna habeantur* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **223** *Quae humida aut terrena aut communia* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **234** *Quae fecunda habeantur* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **244** *Quae sint currentia aut recta* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **249** *Quae sedentia aut iacentia* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **256** *Quae sint debilia* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **265** *Quae uerna aestiualia autumnalia hiemalia* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **270** *Quae cauta* (*coniuncta* Garrod) *et eorum dextra aut sinistra* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **297** *De mensura eorum signiliter atque partiliter* **GM** *De mensura trigonorum et quadratorum in partes* **L**[3] una lin. vac. **L**
ante **358** *De signis exagonis* **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **385** *De inconiunctis signis et quae sexto loco sunt* **GL**[3]**M** duae lineae vacuae **L**
ante **395** *De contrariis signis* (eadem linea qua versus scriptus G) **GL**[3]**M** una lin. vac. **L**
ante **433** *Sub cuius dei tutela quaeque signa sint* **L**[3]**M** *Signorum commertia et quae cuique deo attribuantur signa* **G** una lin. vac. **L**
ante **439** *Signorum commercia* **G**

ante **453** *Quae membra humana cuique signo* | *adtributa sint* (*attribuantur* **G**) una linea **G** duabus **L³M** duae lineae vacuae **L**
ante **466** *Signorum commercia* (hinc cetera om. **G**): *auditus uisus* | *mores* (*amores* **d**) *odia* una linea **G** duabus **L³M** una lin. vac. **L**
ante **693** *De duodecathemoriis, quae sint et* | *quas uires habent* (*-eant* Hous.[5]) duabus lineis **L³M** duae lineae vacuae **L** nullum interstitium sed in 693 initialis solito maior **G**
ante **738** *De duodecathemoriis* **L³M** una lin. vac. **L** nullum interstitium sed in 738 initialis solito maior **G**
ante **788** *De cardinibus mundi* **GL³M** una lin. vac. **L**
ante **841** *Divisio aetatis in partes caeli* **GL³M** una lin. vac. **L**
ante **903** *Per tanta pericula mortis* **M** una lin. vac. et notae transponendi in fine 894 et 902 **L** nullum interstitium sed in 903 initialis solito maior **G**

20. In libro tertio:

ante **1** *Explicit liber secundus praefatio libri tertii* **G** *Liber III* **L³** una linea vacua **L** *M. Manlii Boeiii* (scilicet a *Boetii* exortum) *astronomicon liber* | *II explicit feliciter incipit tertius* **M**
ante **43** *De athlis* (hoc tantum in textu **A** fuisse credo) *quid sit athlum et quot sint ea et quae* | *nomina et quas vires et quem ordinem habeant* **L³M** duae lineae vacuae **L** *Explicit praefatio* **Gᵐ** nullum interstitium sed in 43 initialis solito maior **G**
ante **154** tres versus per errorem ex ordine praecepti (*a*) titulus *Quomodo fortunae locus inueniatur* (*b*) versus 175 (*c*) versus 176 **M** duae lineae vacuae, tum duo versus erasi **L**: insuper sunt scripti manu recentissima versus 4, 10–16 (cuius origo haec est: hi versus ad calcem folii 52ᵛ inveniuntur, scilicet luxatis quaternionibus, quod **L²** in dextro margine his verbis agnoscit: '*hic male est ordinata locutio, sed si uis eius ordinem rectum reperire, memento eam per ordinem alfabeti quaerere quo eam denotauimus; post hunc enim uersum* (399) uicino tribuat p. c. t. l. *debet ille sequi, quem inueneris post sex folia B littera denotatum, uidelicet istum* (400) at quae nocturnis f. m. t.' sed nescioquis sextum folium male retrorsum numerans, cum forte vacuum spatium repperisset, 4, 10–16 litteris minutissimis inseruit). in **G** nullum interstitium sed in 154 initialis solito maior. sane praecipiendi error (quem infra cap. 30 enucleabo) iam in archetypo exstiterat.
ante **160** *Quomodo athla per signa describantur* **L³M** (litt. minusc. **M**) una lin. vac. **L** nullum interstitium sed in 160 initialis solito maior **G**, similiter in 176 et 443
ante **176** *Quomodo fortunae locus inueniatur* **L³M** una lin. vac. **L**
ante **203** *Quomodo ho*(rosco)*pus inueniatur* **Gᵐ** (maior initialis in 203 **G**) **L³M** una lin. vac. **L**
ante **247** *De mensura temporum et signorum* **GL³M** una lin. vac. **L**
ante **301** *De inclinationibus mundi* **GL³M** una lin. vac. **L**
ante **385** *Quomodo in omni inclinatione mundi ho*(rosco)*pus inueniatur* **GL³M** tres lineae vacuae (ob membranae defectum) **L**
ante **443** *De accessionibus temporum et decessionibus* **L³M** una lin. vac. **L**
ante **483** *Altera ratio inueniendi horam* **GL³M** una lin. vac. **L**
ante **510** *Cuius signi quisque annus aut mensis aut* | *dies aut hora sit* **GL³** duabus lineis **M** duae lineae vacuae **L**
ante **537** *Altera ratio cuius signi quisque annus* | (hinc litt. minusc. **M**) *aut mensis aut dies aut hora sit* **L³** duabus lineis **M** duae lineae vacuae **L** *Cuius signi quisque annus sit* **G**
ante **560** *Quot annos unumquodque signum tribuit* (*-at* **d**) **GL³M** una lin. vac. **L**
ante **581** *Quot annos quaeque loca tribuant* **GL³M** una lin. vac. **L**

ante 618 *Quae sint triplica* (M *-cata* GL³ *tropica* Hous.⁵) *signa et quas* | *uires habeant* duabus lineis G una L³M
ante 669 *Quae partes in quattuor signis tropicae sint* GL³M una lin. vac. L

21. In libro quarto:

ante 1 *Finit liber tertius incipit quartus* G *Incipit liber IV* L³ duae lineae vacuae L *M. Milnili astronomicon liber III explicit incipit IIII* una linea M
ante 294 *De* (v om. M) *decanico* M om. GL, neque ullum interstitium, ut in A fuisse in margine credas
ante 502 *Orientia signa quid efficiant* GL³M una lin. vac. L
ante 585 *De partibus terrae distributis ad signa* | *et de* (Scal.² *fide* GM) *universa terra et mari* (*et de* ... *mari* om. L³) GL³M (GM duabus lineis) una lin. vac. L
ante 818 *De eclipticis signis* GL³Mᵐ una lin. vac. L
ante 866 *Fatorum rationem perspici posse* GM (litt. minusc. M) *Quomodo possimus fatorum rationem perspicere* L³ una lin. vac. L

22. In libro quinto:

ante 1 *Finit liber quartus sequitur quintus* G xvi lineae (reliqua pars paginae) vacuae, item duae in initio sequentis L *Liber* V L³ *Explicit liber II incipit liber III* (*VII* et *VIII* ut videtur Gain) M *Explicit liber IV astronom incipit liber V* V
ante 32 ⟨*Quos mores tribuant simul cum zodiaci signis orientia sidera*⟩ duabus lineis olim stetisse conicio: nec titulus nec spatium GLM: vide infra ad 709 (*b*)
ante 709 (*a*) ⟨*De planetis*⟩ conicio in lacuna amissum
ante 709 (*b*) ⟨*Stellarum magnitudines*⟩ conicio in lacuna amissum. versus 30–31 olim nullo intervallo ante hunc titulum locati, cum forte praetermissi essent et ut ante titulum reponerentur notati, effecta lacuna ante primum titulum ita inserti sunt ut ipse titulus supprimeretur.
post 745 *Explicit liber quintus* et duabus praetermissis lineis *Liber iste pertinet monasterio* | *Gemblacensi* Gʳ nulla subscriptio L una linea, tum *Τελωσ* M²

DE PAGINIS CODICIS A RESTITVENDIS

23. Anno 1832, cum nondum prodierat aut Lachmanni Lucretius aut editio eius, Fridericus Jacob in opusculo suo *De Manilio poeta* versuum transpositiones in primo libro exhibitas quomodo exortae essent explicare conatus antiquissimum codicem (quem A supra nominavi) paginas xxii linearum habentem postulavit. ipse in rem non amplius inquisivit, sed successit post octoginta annos Garrodus, qui quos versus habuissent quaedam paginae illius codicis non sine fructu in editione (xx sqq.) ostendit; in hoc tamen aliquot errores, ut humanum erat, admisit, quod minime mirum est, cum ille non de archetypi parente sed de archetypo agi putarit: scilicet, id quod Housmannus iam ad 1, 529 asseveraverat, non archetypum codex ille erat sed prior aliquis. verumtamen paginationem codicis A amplius indagare cum noluisset Housmannus, ego Garrodi vestigiis insistens in Museo Rhenano anni 1954 adamussim restituere temptavi, adeo ut satis persuasum mihi haberem codicem iam accurate reciperatum esse. at me quoque in errorem incidisse oportet confiteri: nam cum rationes libri secundi (ubi Garrodum nimis temere secutus eram) male discripsissem, exstitit vir doctus Gain, qui in eodem diario anni 1971 paginas a me imprudenter confusas in veram formam luculente redigeret. hic ergo proderit omnes quaterniones codicis A per tabulas argumentis subiectis disponere.

24. Quaternio i:

folium	*rectum*			*versum*		
1	*vacuum*					
2	1, 1–		–22	23–		–46
3	1, 47–		–68	69–		–90
4	1, 91–		–112	113–	t	–133
5	1, 134–		–155	156–		–178
6	1, 179–	t	–199	200–		–221
7	1, 222–		–243	244–		–265
8	1, 266–		–287	288–		–309

Ex secundi quaternionis rationibus (v. infra cap. 25) sequitur ut primum folium textu vacuum sit. titulos includo ante 118 et 194; et sane versus 38 39 omitto a Bonincontrio confictos. neque versum 167 adnumero, qui, ut docet Housmannus, forte apud proprium locum (... | 215 *idcirco*) praetermissus, alicubi notatus est ut ante *idcirco* insereretur (id quod male evenit, versu ante 168 reposito).

25. Quaternio ii:

9	1,310–		–331	332–		–*354*
11	1,*399*–		–420	421–		–*442*
10	1,*355*–		–376	377–		–*398*
12	1,*443*–		–464	465–	t	–485
13	1,486–		–507	508–		–*529*
15	1.*568*–		–589	590–		–*611*
14	1,*530*–	t	–550	551–	t	–*567*
16	1,*612*–		–633	634–		–655

Titulos includo ante 483, 539, 561. contra excludo 350b 351a, in hoc Jacobum[33] (p. 15) secutus: hic enim vidit interpolationem nonnisi post versus perturbatos fieri potuisse, cum Persei nomen, quod maxime necessarium est et versu 358 quidem succedit, quadraginta versibus sublatum erat. bifolia 10 15 et 11 14 inter se transposita, ita ut luxatus ordo versuum evaderet qualem codices hodie praebent, secundi quaternionis compages satis clare ostendunt. initio autem capituli de coluris hac transpositione a reliqua expositione divulso factum est ut interpolator (idem, ut opinor, qui 350b 351a infersit) versus 564, 565, 565a una cum novo titulo confinxerit: unde adeo res confusae, ut sex versus prope calcem fol. 14^{v} perierint. idem homo, cum parallelorum initium male locatum esse sensisset, titulo conficto versus 566, 567 ad caput folii 15^{r} praeposuit, ut ordinem efficeret: t 566 567 568 ... Matritensis tamen scriba, dum archetypi folium 14^{v} transcribit, ultimum versum (567) non totum erasum iterum exaravit.

26. Quaternio iii:

17	1, 656–		–677	678–	–699
18	1, 700–		–721	722–	–*743*
19	1, 744–		–*765*	767–	–788
20	1, 789–	t	–813	814–	–835
21	1, 836–		–857	858–	–879

22	1, 880– –901	902– –923
23	1, 924–4s–2, 15	16– –37
24	2, 38– –59	60– –81

Titulum includo ante 809. versus autem 743, neglegenter post 739 praetermissus, ad ultimam lineam ne periret repositus est. iterum post 765, ultimam paginae lineam, unus versus praetermissus est; tum Hectoris nomen, ne abesset, suppeditavit aliquis ex 2, 3. ceterum 805–808 post 538 propter homoeomeson (538 ... *versumque* ... / ... *unamque* ...) omissi, cum iussisset Antiquissimi scriba vel potius corrector ante titulum 539 praefixum reponi, perperam ante titulum 809 praefixum sunt collocati. propter certam foliorum 19 et 25 restaurationem sequitur ut fol. 23^{r} versus 1, 924 usque ad 2, 15 continuerit (xviii tantum lineas), ita ut quattuor lineae subscriptioni lib. i tribuendae sint. nec me fugit quod ante lib. ii **M** et **L** indicem titulorum xv lineas complentem exhibent: hunc indicem credo in **A** non exstitisse, sed ab archetypi scriba confictum esse.

27. Quaternio iv:

25	2, 82– –103	104– –*125*
26	2, 127– –148	149t–t –168
27	2, 169– –190	191–tt –210
28	2, 211– t –*231*	233–ttt–251
29	2, 252–tt–t*270*	271– –295
30	2, 296t– –316	317– –338
31	2, 339– t –361	362– –383
32	2, 384tt–t–402	403– –424

Titulos includo ante 150, 159, 197, 203, 223, 234, 244, 249, 256, 265, 270, 297, 358, 385 (ii linearum), 395; excludo vero 284–286 (del. Bent., Hous.) et 343 344 (= 318 319 male repetitos) ut in archetypo primum genitos. mirum est quod 126, qui ultimum versum fol. 29^{r} consequi debuerat, neglegenter in folio vertendo omissus, male ad calcem fol. 25^{v} additus est (v. infra cap. 28 de 642); et pari neglegentia sed tali, ut paginas **A** restituere possimus, versus 232 post 4, 489 olim praetermissus propter Aquarii mentionem ad imum fol. 28^{r} insertus esse videtur.

28. Quaternio v:

33	2, 425– t –445	446–tt –465
34	2, t466– –486	487– –508
35	2, 509– –530	531– –552
36	2, 553– –574	575– –596
37	2, 597– –618	619– –*641*
38	2, 643– –664	665– –*686*
39	2, 687–tt –*706*	707– –728
40	2, 729– t –749	750– –772

Titulos includo ante 433, 466, 738 et, hos binarum linearum, 453, 693; versum 631 autem memento a Bonincontrio confictum esse. ceterum 642, qui 706 succedere debuit, primum in transeundo ad alteram paginam (fol. 39^{v}) praetermissus, tum ad calcem fol. 37^{v} male locatus est, sicut simili modo 638–686 incuriose post 672 omissi. folium 40^{v} videbis xxiii versus continere: hic virum ingeniosissimum Gain[4] sequor, qui monet 764 in codicibus extra ordinem inveniri: primo omissum esse (ut pagina 750–763, 765–772 praebuerit), tum in margine appositum, sed signis restaurandi male intellectis ante nec post 763 relocatum.

29. Quaternio vi:

41	2, 773– t –793	794– –815
42	2, 816– –837	838– t –858
43	2, 859– –880	881– –*902*
44	2, 903– –924	925– –*952*
45	2, 953– –970s	3, 1– –22
46	3, 23– –t43	44– –65
47	3, 66– –87	88– –109
48	3, 110– –131	132– –*153*

Titulos includo ante 788, 841, item 3, 43. hemistichium 952b nescioquomodo ad finem fol. 44^v omissum indiligenter tamquam titulus ad calcem prioris folii postea additum est. ceterum fol. 44^v magnum damnum sustinuisse videtur, versibus 935–937 et 943–945 prius omissis, dein luxato hemistichiorum ordine male repositis. quodsi res aliquantulum in incerto hic se habent, apud posteriorem quaternionis partem vestigia in terra firmiore ponere licet: certum enim est ex argumento sequenti (v. infra cap. 30) versum 3, 153 paginam clausisse (ut fol. 45^v ab initio libri tertii incepisse videatur).

30. Quaternio vii:

49	3, *154*– t –174	175t– –196
50	3, 196– t –*216*	217– –238
51	3, 239– t –259	260– –281
52	3, 282– t –302	303– –325
53	3, 326– –347	348– –369
54	3, 370– t –390	391– –*412*
55	3, 413– –433	434– t –454
56	3, 455– –476	477– t –*497*

Titulos includo ante 160, 176, 203, 247, 301, 385, 443, 483. paginas a nobis restitutas tamquam solidas columnas stabilire videntur lacunae post 216 et 497 retectae, sicut et versus 411 412 post 407 male praetermissi, dein ad imas lineas repositi. assumendum autem est nondum aut 317 interpolatum esse aut 417a amissum.

Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam. post 3, 153 succedunt in **M** et ante rasuram in **L** (ergo et in archetypo successerunt) titulus *quomodo fortunae locus inueniatur* deinde 175 et 176: videlicet scriba archetypi, cum fol. 49^r aggredi deberet (hoc est versus 154sqq.), perperam fol. 49^v transcribere incepit nec ante destitit quam tres lineas exaravit; unde colligere licet aliquam paginam a versu 154 et proximam a 175 incepisse (dicendum autem est male titulum prius descriptum; nec dubitari potest quin verus ordo sit 175, titulus, 176 et cetera, sicut in loco proprio invenimus). sed ne in re subtili fallaris, lector patientissime, sit plane atque simpliciter enuntiatum hoc loco codicem **A** textum recte praebuisse, codicem vero **O** (id est archetypum) pravam iterationem. ceterum hinc certo scimus in Antiquissimo quem vocamus codice titulos exstitisse.

31. Quaternio viii:

57	3, 498–tt –517	518– –tt537
58	3, 538– –559	t560– –580
59	3, t581– –601	602– t –622
60	3, 623– –644	645– –666
61	3, 667–t –682s	4, 1– –22
62	4, 23– –44	45– –66
63	4, 67– –88	89– –110
64	4, 111– –132	133– –154

Titulos includo ante 510 (ii linearum), 537 (ii linearum), 560, 581, 618, 669. propter errorem in fol. 70[r] videndum librum quartum novam paginam incepisse manifestum est.

32. Quaternio ix:

65	4, 155 –	– 176	177 –	– 198
66	4, 199 –	– 220	221 –	– 242
67	4, 243 –	– 264	265 –	– 286
68	4, 287 –	– 308	309 –	– 330
69	4, 331 –	– 352	353 –	– 374
70	4, 375 –	– *396*	397 –	– 418
71	4, 419 –	– 440	441 –	– 462
72	4, 463 –	– 484	485 – t	– 505

Titulum includo ante 502; illum versui 294 praefigendum non in textu sed in margine appositum supra dixi cap. 21. versum 396 autem paginam clausisse satis constat (388 post 396 codices omnes), unde 4, 1 novam paginam incepisse clarescit (396 = 22 × 18).

33. Quaternio x:

73	4, 506 –	– 527	528 –	– 549
74	4, 550 –	– 571	572 – tt	– 591
75	4, 592 –	– 613	614 –	– *635*
76	4, *636* –	– *657*	*658* –	– 680
77	4, 681 –	– 702	703 –	– 724
78	4, 725 –	– 746	747 –	– 768
79	4, 769 –	– 790	791 –	– 812
80	4, 813 – t	– 833	834 –	– 855

Titulos includo ante 585 (ii linearum) et 818. ex lacunis post 635 et 657 statutis constat illos versus paginam clausisse. ceterum omitto 679 versum suppositicium prope calcem 76[v] in margine scriptum.

34. Quaternio xi:

81	4, 856 – t	– *876*	877 –	– 898
82	4, 899 –	– 920	921 –	– 935s
83	5, 1 –	– 22	23 –	– 44
84	5, 45 –	– 66	67 –	– 88
85	5, 89 –	– 110	111 –	– 132
86	5, 133 –	– 154	155 –	– 176
87	5, 177 –	– 198	199 –	– 220
88	5, 221 –	– 242	243 –	– 263

Animadvertendum est versum periisse post 4, 876, ultimam paginae lineam. titulum includo post 4, 866; et post 5, 29 exstitisse in **A** credo titulum duarum linearum, qualem supra (cap. 20) dedi, qui, cum 5, 30sq. inserti essent, ab archetypi librario tamquam delendus omissus est. scilicet 30 31 in proprio loco (sc. ad finem libri: vide app. crit. ad 709) ante capitulum olim steterant; quos cum scriba Antiquissimi nescioquomodo omisisset, errore percepto, ut ante capitulum reponerentur imperavit. scilicet ab Housmanno 30 31 post 3, 155 collocante dissentio (etsi valde speciosa sit eius coniectura), quod ibi otiosi sunt versus, nec *stellis* (30) post *stellae* (155) et *vires* (156) post *vires* (30) eleganter ponuntur; accedit quod versus 31 aliquid grande redolet, ut capitulo de planetis in fine carminis posito conveniens, ita medio libro tertio minime aptum. ceterum duo hemistichia ab Housmanno post 263a desiderata assumo in **A** exstitisse.

35. Quaternio xii:

89	5, 264–	–285	286–	–307
90	5, 308–	–329	330–	–351
91	5, 352–	–*373*	374–	–395
92	5, 396–	–417	418–	–439
93	5, 440–	–461	462–	–483
94	5, 484–	–505	506–	–528
95	5, 529–	–552	553–	–574
96	5, 575–	–596	597–	–618

Ex Scaligeri coniectura certum est 5, 362 363, neglegenter post 361 omissos, scribam Antiquissimi ad calcem paginae inseruisse: unde compertum habemus 5, 1 non statim libri quarti subscriptionem secutum esse, sed initium novae paginae fecisse. contra 531 532 simili incuria post 398 praetermissos scriba, cum ante 399 (. . . *latentis*) reponere deberet, in margine fol. 95^{r} apposuit, notato ante 533 (. . . *latentem*) inserendos. versum 514 non includo, tamquam post undecimum versum dextrae paginae omissum et nescioquo casu post octavum sinistrae repositum.

36. Quaternio xiii:

97	5,619–	–640	641–	–662
98	5,663–	–684	685–	–*709*
99		*xliv*	*versus*	
100		*xliv*	*versus*	
101		*xliv*	*versus*	
102		*xliv*	*versus*	
103	5,*710*–	–732	733–	–745 s
104		*vacuum*		

Excludo 696–698 necnon 728 ut ab archetypi scriba interpolatos. in promptu est hariolari post 709 duo bifolia excidisse, et sic olim ego (Goold[1] 369); diutius tamen mihi reputanti nimis mirificum videbatur, si Manilii expositio de planetis, ex omni carmine caput gravissimi momenti mathematicis habendum, propter quaternionis laxatam suturam mero casu amissa esset, adeo ut nunc mihi persuasum sit hanc expositionem consulto et fortasse dolo malo abripuisse aliquem. quod si hoc modo lacuna post 709 nata est, mensuram eius non possumus simpliciter computare; nihil enim impediebat quin abriperet praedator quot folia volebat. potest igitur fieri ut Manilius de planetis non in quattuor sed in quinque foliorum spatio tractaverit, ut libro quinto (qui certe liber ultimus erat) summa versuum esset non 921 ($745 + 4 \times 44 = 176$) sed 965 ($745 + 5 \times 44 = 220$). nihilominus tabulam ultimi quaternionis qualem in p. cvii Loebianae editionis exhibui immutatam reliqui, nam, etsi res in incerto semper manebit, haud scio an facilius sit interiora bifolia uno impetu avellere quam singillatim folia exsecare.

DE CODICIBVS SECVNDARIIS

37. Ceteros Manilii codices, quoniam ex supra memoratis descendunt omnes, supervacuum est in apparatu ubique referre. sed quidam Italorum emendationibus ditati necesse est singuli saepenumero laudentur: nam quamcumque coniecturam admisi, ad certum fontem reducere malui quam commune siglum usurpare quale ς vel *codd. recc.*, quod lectori molestiae fore suspicor; et quamquam non me hercule affirmaverim fontem me verum et vetustissimum semper repperisse, id saltem consilium secutus sum. hic lectorem praecipue admoneo difficillimum esse, etiam si omnino fieri possit, omnes hos Italorum codices ad suum quemque annum redigere; sed in hac re minime erratum esse spero. accedit quod omnes Manilii mihi notos codices, quamvis in apparatu numquam laudatos, infra disposui. ceterum plurimum me v. d. Michaeli Reevio debere libenter confiteor, qui qua est benignitate totos fructus collationum atque studiorum suorum et per litteras et per opuscula nondum publici iuris facta (inter quae Reevius[4] exemplo habeatur) continenter ad me remisit, ita ut huius capituli praefationis (quoad vitiis careat) ille non ego verus auctor sit. sane editiones et opuscula Becherti, Garrodi, Housmanni multoties adii, sicut et tractatus Ellisii et Thielscheri: verumtamen lectiones Marciani et Bostoniensis, cum imagines eorum iam possideam, ipse ex codicibus refero. secundarios autem, ne in re implicata obscurus fiam, in quinque classes divisos tractabo.

38. Classis primae ergo agmen ducit, ut apographum veterrimum, codex Bruxellensis 10699 (**a** = *C* Becherti), olim Cusanus (quemadmodum etiam nunc appellare convenit), membranaceus, saeculi xii (plura apud Ellisium, p. x). constat sine intercessore ex Lipsiensi iam correcto descriptum esse; itaque, ut **L** et **α** quidem, et ipse 3, 188; 4, 731 732; 5, 12b 13a omittit. Cusanus autem lectiones interpolatas praebet non paucas, sicut et errata, nam 4, 235. 312, 746; 5, 419b 420a, quos exhibet **L**, ipse praetermittit; dein 1, 692–694, quos ad 1, 186 in margine ascripserat **L**, male post hunc versum Cusani scriba inseruit. sed illud praecipue de hoc codice animadvertendum est, quod ex eo omnes recentiores defluxerunt, exceptis tantum Matritensis apographis (**tuvx**, de quibus vide cap. 41 infra).

a

Sed imprimis illud nominandum est apographum, ex quo descendit codicum Italorum maxima pars, codex Venetus Marcianus XII 69 (**b**), chartaceus, Basileae circa annum 1435 descriptus ex Cusano, quem Nicolaus Cusanus ad Concilium secum attulerat; postea, cum ipso Matritensi collatus, aliquot correctiones accepit, ita ut textum aliquantulum interpolatum et tantum 2, 716 717; 4, 312 carentem proli suae transmiserit. ex aliis Cusani apographis nunc citentur haec: codex

b

c Leidensis Vossianus (237) O 18 (c = *Voss. 1* Jacobi), post paucos annos Italica manu scriptus, satis fidelem Cusani imaginem exhibet, sed inter errores suos hic illic veram emendationem; dein codex Sabinianensis 68 **n** (**n**), qui Lucretium ff. $1^{r}-76^{r}$ exhibet, Manilium ff. $78^{r}-129^{v}$, Romae anno 1468 scriptus; et mox anno 1470 exaratus codex Leidensis Vossianus (390) O 3 (= *V. 2* Jacobi): hic tamen bipertitus est liber, nam pars prior **w** (**w** = *v* Housmanni) textum usque ad 2, 668 ex Cusano vel etiam ex supra dicto Vossiano O 18 depromptum exhibet et ideo parvi momenti est; de posteriore vero caput 41 infra vide. denique, quo melius simplicitati consulam, hic adsit unicum Marciani apographum quod et 2, 340 **o** et 5, 334 includat, codex Vaticanus latinus 5160 (**o**), anno 1469 a Johanne Nydenna de Confluentia aut Patavii aut Venetiae descriptus.

39. Alteram vero classem efficiunt nonnulla Marciani apographa, quae curas praecipuas in poetam nostrum impensas Ferrariae annis circiter 1455–1460 testificari videntur. hi codices ex omissis 2, 340. 343. 344 et 5, 334 recognoscendi sunt et, sane argumento certiore, e plurimis emendationibus quales, ne ultra librum primum progrediar, 104 *tonandi*, 212 *ipsa*, 324 *diductis*, 335 *redit*, 341 *diductas*, 352 *divisum*, 392 *immersus*, 432 *fulget*, 439 *iuncta*, 481 *aut*, 572 *metam*, 707 *aequabilis*, 821 *apta*. quin etiam ex his nonnulli, quos asterisco infra signabo, et 3, 645 praeter**d** mittunt. primus ergo censeatur codex Bodleianus Auct. F. 4. 34 (**d**), chartaceus, circa annum 1455 scriptus, qui tot coniecturas exhibet mox in aliis libris infra commemorandis repertas, ut studia Maniliana prosequentem indicet virum doctum eximii ingenii. an Guarinus Veronensis fuit, qui illis annis Ferrariae florebat? an dedit impetum astronomus quidam, velut Basinius Parmensis, ibi 1446–1449 commoratus, cuius carmen astronomicum anno 1455 apparuit (sed secundum Hübnerum p. 45 Manilium non noverat ille), vel Johannes Blanchinus, qui certe inter urbis doctissimos tunc eminebat? an vere celeberrimus Georgius Purbachius (1423–1461), Regiomontani magister, qui studiis Ptolemaicis occupatus Ferrariam anno 1452 brevi visit? vix ipse Regiomontanus, qui post magistrum Vindobonae mortuum, ut incepta ab eo perficeret, Ferrariam anno 1462 migravit. viderint peritiores!

Sed ad Bodleianum revertamur. scriba textu absoluto ad finem addidit: *Visus cum exemplari in quo mende erant non nulle*, ut hunc codicem appareat non fontem classis Ferrariensis, sed transcriptum tantum. tum **e** codex Caesenas* S. 25. 5 (e) anni 1457, qui praeter Manilium etiam Q. **f** Serenum continet; et codex Parisinus latinus 8022* (**f**), a Stoebero usurpatus, quem anno praeterpropter 1460 dubitanter attribuo. subsequitur **g** codex Parisinus Chigianus H. IV. 133* (**g**), quem ex Caesenate descriptum esse suspicatur Reevius, in utroque 1, 379 380 praetermissis, et codex **h** Vindobonensis 3128 (**h**), chartaceus. at codex Bostoniensis* q. Med. 20, **i** olim G 38 46 (**i**), de quo plura referre licet, membranaceus est *Scriptus*

praepropere ac festine a me Peregrino Allio Ferrariae MCCCCLXI°, cuius folia 1–86 Manilium, 87–110 Q. Serenum continent. hanc classem claudit codex Vaticanus latinus 3099 (**j**), silva astronomica, Manilii tantum 1, 1–2, 26 continens, Ferrariae et ipse circa annum 1470 exaratus. **j**

40. Transeundum autem est ad ceteros Marcianicos: hi codices, ut Ferrarienses, et 2, 340 et 5, 334 omittunt, sed lectionibus Ferrariensibus plerumque carent et ullo urbis indicio. huic classi assignandi sunt codex Monacensis 15743 (**k**), chartaceus, ad quem Bechertus nonnumquam, ut ait, confugit; codex Oxoniensis Coll. Corp. Christ. 66 (**l**), qui post Manilium habet scholia in Ibin Ovidii, nec ad incorruptum exemplar scriptus videtur, sed quod plurimis locis interpolatum esset (sic Ellisius xi sq.); codex Parisinus Nouv. Acqu. lat. 483 (**m**), membranaceus, anni 1461 (in quo corrector prior 2, 340 et 5, 334 addidit ex Matritensi vel apographo depromptos, et posterior 4, 312 ex Regiomontano); dein codex Vaticanus Palatinus 1711 (**p**), anno 1469 scriptus, parvi momenti, nisi quod alius est atque ille Palatinus Francisci Junii (**q**), quo hic vir dum Scaligeri editionem primam iterat uti se profitebatur, *longe optimo de bibliotheca Friderici IV° Comitis Palatini ad Rhenum*. sequentes enim lectiones, quas Junio teste praebebat **q**, codicis **p** textui plane non quadrant: 1, 557 *ne*; 2, 229 *et*; 2, 826 *aequali*; 2, 907 *amat*; 3, 395 *parti*; 4, 643 *abruptis*. restant duo codices circa 1470 exarati, qui semel aut iterum in apparatu citandi sunt, alter codex Vaticanus latinus 8172 (**r**), chartaceus, alter codex Vaticanus Barberinianus latinus 125 (**s**), et ipse chartaceus. **k** **l** **m** **p** **q** **r** **s**

41. Circa annum 1470 transcripta sunt nonnulla apographa codicis Matritensis 3678, qui alicubi in Italia (fortasse Florentiae) per multos annos absconditus fuerat. sane in hoc praecipuum habent pretium, quod eorum subsidio primum Matritensis folium, nunc deperditum, restituere possumus. codices hi sunt: codex Holkhamicus 331 (**t** = *H* Garrodi), membranaceus, circa annum 1470 fortasse Romae a Michaele Laurentio scriptus (Reeve[2] 223); Manilii textum praecedunt Hygini Poetica Astronomica et Q. Serenus; codex Vaticanus Urbinas 667 (**u** = *U* Housmanni), Florentiae scriptus, in quo Manilium Q. Serenus sequitur; codex Vaticanus Urbinas 668 (**v** = *R* Housmanni), Florentiae non multo post 1470 a Sinibaldo C. scriptus, in hoc quoque Manilium Q. Sereno sequente. hi codices ex Matritensi separatim demanare idcirco videntur, quod habet unusquisque versus ab aliis praetermissos. his accedit supradicti (cap. 38) codicis Leidensis Vossiani O 3 pars posterior (**x** = *V* Housmanni), scilicet deinceps a 2, 669, quo versu, fol. 28ᵛ, incipit novum atramentum, immediate a Matritensi descripta (Manilium sequuntur *liber somniorum Salomon. seu prognosticorum somniorum. oratio de praesentia et utilitate medicinae. centiloquium Ptolemaei*). **t** **u** **v** **x**

42. Codicum denique ex libris impressis derivatorum duos tantum memorabo (nisi quod de Vat. lat. 1653 hoc solum mihi compertum est, eum huic classi assignandum esse). alter est codex Florentinus Laurentianus plut. 30. 15 (y = *F* Becherti), chartaceus, a Bartolomaeo Fontio ex editione Bononiensi (1474) fortasse Florentiae exaratus, ut (in litteris ad me mens. Ian. 1980 missis) summo acumine perspexit Reevius: nempe post 4, 638 errorem admisisse Fontium, qualis oriri non potuisset, nisi editionem Bononiensem (in qua versu 4, 638 desinit folium) transcriberet. pudet quidem in his minutiis morari, sed ex Reeviana collatione Housmannum colligo, Becherto, ut videtur, male credulum, falso de Florentini lectione retulisse ad 1, 612. 776. 917; 2, 42. 77. 549. 605. 663. 695. 814. 930; 3, 119. 239. 419. 496. 507. 547; 4, 6. 17. 922; 5, 63. alter est codex Matritensis 4252, olim M 175, (z), chartaceus, ab editione principe vel Neapolitana derivatus (e. g. om. 3, 4; 4, 104; 5, 728), ita tamen ut Bonincontrii quaedam amplectatur (e. g. habet 1, 38. 39); et cum versus praefixos Augustino Maffeio (ob. 1496) dedicatos exhibeat, inter 1484 et 1496 necesse est incidat.

y

z

DE EDITIONIBVS

43. Editio princeps a Regiomontano c. 1473 curata non ab aliquo codice primario sed ab Italico quodam mixto (h. e. hinc Marciani illinc Matritensis lectiones necnon Italorum correctiones praebente) desumpta est. sane menda archetypalia restabant corrigenda adhuc plurima, verum et in hac et in proximis editionibus (inter quas Bonincontriensis anni 1484 commentarios continens nominanda est) minime profectum est. quod siquis de his editionibus plura quaerit, opusculum Adolfi Cramer[3] adeat et Garrodum, qui pp. 155–158 lectiones libri secundi quas apud editores veteres invenerat cumulavit.

44. Tenebris tantis tam clarum extollere lumen qui primus potuit, Josephus Scaliger editionem Parisiis 1579 protulit tot emendationibus et talibus annotationibus instructam ut auctorem hactenus mirumquantum reconditum ab initio usque ad finem intellegendum redderet; quin etiam post viginti fere annos alteram poetae curavit recensionem, quae, ut Housmanni verbis utamur, tantum priorem superavit quantum illa alias omnes, ut non sine causa in titulo voluminis Manilii carmen *ex vetusto codice Gemblacensi infinitis mendis repurgatum* gloriaretur.

45. Post Scaligerum Fayi editio Delphini in usum appendice Huetiana ornata anno 1679 exstitit, quae, licet universum contemptum soleat subire, scholiis continuo congestis et simplici paraphrasi subiecta utilitatem habet minime spernendam.

46. Bentleius editionem, quam pro meritis extollit Housmannus[1] xvi sqq., etsi anno 1739 publici iuris facta est, vel iuvenis meditabatur; neque credendum est illum, qui anno 1691 materiam colligebat (Jebb 142) et in Phalaridis praefatione 1699 de *Manilio iam edito* locutus erat *ni papyri caritas et bonorum typorum inopia aliaeque occasiones obstitissent*, septuagenarium tantum editionem incohasse. scilicet auxilio fuit illi maximo, quod praeter Gemblacensem Lipsiensis Venetique Vossianique secundi collationibus potuit uti; sed vir erat summi ingenii, cui neque defuit emendandi facultas incomparabilis neque interpolata detegendi peritia, nec (quam in doctissimis raro invenies) ars simpliciter exponendi.

47. Jacobi editio anni 1846 textum vulgatum per reliquum saeculum suppeditabat: apparatum criticum prima obtulit, quo exhibentur lectiones ante-Scaligerana, Scaligerana, Bentleiana, tum variae lectiones et adnotationes; textui sunt praefixa argumenta librorum, subiunctae tabulae astrologicae cum indice grammatico. qui liber, quamquam non sine vitiis, neque virtutibus indigebat; sed illa omnes denuntiant, has nemo laudavit. anno 1893 Ellisius, qui iam Noctes Manilianas protulerat, rem praestitit maioris momenti invento codice Matritensi (cf. Ellis[2]); eo factum est, ni fallor, ut Housmannus in haec studia induceretur (cf. Hous.[5] xviii n. 2), nam ille, cum nullum fructum ex invento suo percepisset, quasi solum opimum et intactum Housmanno metendum reliquit (ibid. xvii n. 4).

48. Per fortunam autem iniquam Breitero Garrodo Wageningeno accidit, ut editiones eorum nequaquam indignas Housmanniana longe accuratior atque copiosior supervacaneas brevi reddiderit: quantum hic vir Manilianis studiis 1898–1932 contribuerit, ex conspectu librorum in promptu est perspicere. dolendum tamen est quod virorum doctorum delicta nimis diligenter denotare atque ipsos potius quam commissa castigare maluit, sed altero vitio caret editio eius. omnia quae unus perfecit, fortasse homines separatim alius post alium aliquando effecturi fuerunt, sed ex omni opere scientiam eius astrologicam maxime miror, praesertim in praefationibus librorum 2–5, in quibus praeter astrologos exstantes totum Catalogum Codicum Astrologorum Graecorum facilis nec laborans perlustrat. denique inter omnes semper constabit Housmannum Scaligero atque Bentleio editoribus Manilii longe praestantissimis parem se socium adiunxisse.

Ex aedibus Universitatis Yalensis
mense Iunio anni MCMLXXXIV — G. P. Goold

FASTI EDITIONVM

1473? Regiomontanus
1474 ed. Bononiensis
1475 ed. Neapolitana
1484 Bonincontrius
1489 Dulcinius
1499 Aldus Manutius
1500? ed. Quaternaria
1510 ed. Romana
1533 Pruckner[1]
1551 Pruckner[2]
1551 Molinius[1]
1566 Molinius[2]
1579 Scaliger[1]
1590 Scaliger Junii
1600 Scaliger[2]
1655 †Scaliger[3] Boecleri
1679 Fayus
1739 Bentley
1767 Stoeber
1783 Burton
1783 ed. Bipontina
1786 Pingré
1828 Valpy
1833 Weber
1844 J. Merkel (lib. 1)
1846 Jacob
1900 Bechert
1903 Housman (lib. 1)
1907 Breiter (text.)
1908 Breiter (comm.)
1911 Garrod (lib. 2)
1912 Housman (lib. 2)
1915 van Wageningen (text.)
1916 Housman (lib. 3)
1920 Housman (lib. 4)
1921 van Wageningen (comm.)
1930 Housman (lib. 5)
1932 Housman (ed. min.)
1937 †Housman Gowii [1–5]
1977 Goold (Loeb)

CONSPECTVS LIBRORVM

Ald. = Aldus Manutius (1449–1515), editio Aldina prima, Venetiis 1499
Alton, E. H. (ob. 1952), recensio Hous.[5], Hermathena 46 (1931) 258
Anon. Ell., Anonymus (anni c. 1550) ap. Ellis, Noctes Manilianae, 212–214

Bailey, D. R. Shackleton, Maniliana, CQ 6 (1956) 81–86
–[2], The Loeb Manilius, CP 74 (1979) 158–169
Bandini, Gaspare, Manilii versio italica, Milano 1737
Bartalucci, Aldo, Una fonte egizia di eta tolemaica nella geografia zodiacale di Manilio, SIFC 33 (1961) 91–100
Barth, Caspar von (1587–1658), Adversaria, Francofurti 1624 (*paginas cito*)
–[2], in editione Stati Thebaidos (Cygneae 1664) ad 9, 438
Bechert, Malwin, Manilii editio ap. Postgate, Corpus Poetarum Latinorum (fasc. iii), Londini 1900
–[1], De Manilii emendandi ratione, Leipz. Stud. 1 (1878) 3sqq.
–[2], De M. Manilio Astr. poeta, Lipsiae 1891
–[3], Prolegomena in M. Manilium, CR 14 (1900) 296–304
Bent. = Richard Bentley (1662–1742), M. Manilii Astronomicon ex recensione et cum notis R. B., Londini 1739
–[1], in litteris (1708) ap. Wordsworth 368
–[2], in editione Horatii (1711) ad carm. 1, 6, 7
–[3], in litteris (1724) ap. Haupt[3] 106
Bickel, Ernst (1878–1961), De Manilio et Tiberio Caesare, RhM 65 (1910) 233–248
–[2], Der Sirius bei Manilius, RhM 75 (1926) 326–340
–[3], Gnomon 5 (1933) 254sqq.
Bitterauf, Hermann, Observationes Manilianae, Diss. Erlangen 1898
Boll, Franz (1867–1924), Sphaera, Leipzig 1903
Bonincontrius, Laurentius (1410–1502), Manilii editio cum commentario, Romae 1484
Bonon. = editio Bononiensis (*incertum quo auctore*), Bononiae 1474
Bouché-Leclercq, A. (1842–1923), L'Astrologie grecque, Paris 1899
Breiter, Theodor (1825–1908), M. Manilii Astronomica: I Carmina, Lipsiae 1907; II Kommentar, Leipzig 1908
–[1], De emendatione Manilii, Hamm 1854
–[2], Zu Manilius, Fleck. Jahrb. 139 (1889) 193–207, 693–705, 845–864
–[3], Zu Manilius, Fleck. Jahrb. 147 (1893) 417–423
–[4], Zu Manilius, Woch. f. class. Phil. 21 (1904) 689sqq.
–[5], Die Planeten bei Manilius, Phil. 64 (1905) 154sqq.
Brind'Amour, Pierre, Manilius and the Computation of the Ascendant, CP 78 (1983) 144–148
Bücheler, Franz (1837–1908), RhM 13 (1858) 602sqq.
Bühler, Winfried, Maniliana, Hermes 87 (1959) 475–494
Bullialdus, Ismael, Observationes ad finem Scal.[3]
Burman, Pieter I (1668–1741), in Phaedri editione (1718) ad 1, 16, 1
–[2], Observationes Miscellaneae, 1732
–[3], in Petronii editione (1709, 1743[2]) ad c. 123, 231 (= 229)
Burton, Edmund, in Manilii editione, Londinii 1783

Carrio, Ludovicus (1547–1595), Antiquarum lectionum commentarii III, Antverpiae 1576
Cartault, A. (1847–1922), Revue Critique 25 (1889) 193
–[2], Revue Critique 28 (1892) 27sq.
Clausen, W. V., Schraderiana, Mnemosyne 8 (1955) 49
Columna, Hieronymus (1534–1586), in editione Ennii (publ. 1590) p. 265
Covini, A., Manilii I versio italica, Torino 1895
Cramer, Adolf, De Manilii qui dicitur elocutione, Argentorati 1882
–[2], Der Infinitiv bei Manilius, Comm. in hon. Gul. Studemund, Strassburg 1889, 61-75
–[3], Über die ältesten Ausgaben der Astronomica des Manilius, Ratibor 1893
Cramer, F. H., Astrology in Roman Law and Politics, Philadelphia 1954
Creech, Thomas (1659–1700), The five books of M. Manilius done into English verse, London 1697

Dawson, Alexis, Emendations in Manilius ii proem, CR 22 (1972) 159–164
Dorvillius = J. P. D'Orville (1696–1751), in editione Charitonis 1750 (*paginas cito ed.*[2] *Lips. 1783*)
Du Fay, Michel: v. Fayus
Dulcinius, Manilii editio, Mediolani 1489

Ellis, Robinson (1834–1913), Noctes Manilianae, Oxonii 1891
–[2], Collation of the Matritensis, CR 7 (1893) 310sqq. 356sqq. 406sqq.; 8 (1894) 4sqq. 138sqq. 285sqq.
–[3], On Manilius, Hermathena 8 (1893) 261sqq.
–[4], The literary relations of Longinus and Manilius, CR 13 (1899) 294

Fayus, Michael, M. Manilii Astronomica ... in usum Serenissimi Delphini. Accesserunt Petri Danielis Huetii animadversiones, Parisiis 1679
Fletcher, G. B. A., Manilius, Durham University Journal 65 (1973) 129–150
–[2], Maniliana, Latomus 32 (1973) 832–837
Flores, Enrico, Contributi di filologia Maniliana, Napoli 1966, 59
–[2], Augusto nella visione astrologica di Manilio ..., Ann. della Fac. di lettere e filos. dell'Univ. di Napoli (1960–1961) 5–66
Francius, Petrus (1645–1704), in exemplari Gottingensi Auct. Class. Lat. 1366
Freier, B., De M. Manilii quae feruntur Astronomicon aetate, Gottingae 1880

Gain, D. B., Notes and Conjectures on the Astronomica of Manilius, Antichthon 2 (1968) 63–67
–[2], Lucubrationes Manilianae, AC 38 (1969) 162sq.
–[3], Gerbert and Manilius, Latomus 29 (1970) 128–132
–[4], De Fonte Codicum Manilianorum reviewed, RhM 114 (1971) 261–264
Garrod, H. W. (1878–1960), Manili Astronomicon Liber II edidit, Oxonii 1911
–[2], Two Editions of Manilius; Notes on Manilius, CQ 2 (1908) 123–131, 175–181
–[3], The Oxford Book of Latin Verse, Oxford 1912, 225
Gataker, Thomas (1574–1654), in editione Marci Antonini (Cantabrigiae 1652) ad 5, 27 (211b 23)
Gevartius, Casperius (1593–1666), Electorum libri iii, Lutetiae Parisiorum 1619
Goold, G. P., Manilii editio (Loeb Classical Library), Cambridge, Mass., London 1977
–[1], De Fonte Codicum Manilianorum RhM 97 (1954) 359–372
–[2], Adversaria Maniliana, Phoenix 13 (1959) 93–112
–[3], Observationes in Codicem Matritensem M 31, RhM 99 (1956) 9–17
–[4], The Great Lacuna in Manilius, PACA 17 (1983) 64–68

Grafton, Anthony, Joseph Scaliger – A Study in the History of Classical Scholarship, Vol. I, Oxford 1983
Gron.^{1} = J. F. Gronovius (1611–1671), Diatribae, 1637
–^{2}, Observationum Libri 1–3, Lugd. Bat. 1639 (*librum et caput cito*)
–^{3}, Observationum Liber 4, Daventriae 1652
–^{4}, Observationum Libri 1–3, Lugd. Bat. 1662^{2}
–^{5}, ad Senecae Herc. Fur. 93 (1661)
–^{6}, apud collationem cod. Ven. (incerti anni): vid. Praef. cap. 6
Grotius, Hugo (1583–1645), Syntagma Arateorum, Lugd. Bat. 1600, ad Germ. 356
Gundel, W. (1880–1945), Zu Manilius, Phil. 81 (1926) 168–191, 309–338
Gundel, W. et Gundel, H., Astrologumena, Wiesbaden 1966

Haupt, Moritz (1808–1874), Opuscula, tomi iii, Leipzig 1876
–^{2}, Opuscula, tom. 2
–^{3}, Opuscula, tom. 3
Heins. = Nicolaus Heinsius (1620–1681), in editione Ovidii, Amstel. 1661, ad Artem 1, 585
–^{1}, in editione Ovidii ad Fast, 6, 793
–^{2}, Adversariorum libr. iv, 1742
Helm, Rudolf (1872–1966), Maniliusbericht 1925–1942, Lustrum 1 (1957) 129–158
Heringa, Adrianus, Observationum criticarum liber singularis, Leovardiae 1749
Herrmann, Léon, Hypothèse sur L. et M. Manilius, AC 31 (1962) 82–90
Householder, Fred: v. Naiden
Hous. = A. E. Housman (1859–1936)
–^{98}, Emendations in the first book of Manilius, JP 26 (1898) 60–63
–^{00}, Emendations in the fifth book of Manilius, JP 27 (1900) 162–165
–^{G}, The Aratea of Germanicus, CR 14 (1900) 26–39
–^{P}, recensio Postgatii Corp. Poet. Lat. (fasc. iii), CR 14 (1900) 465–469
–^{1}, M. Manilii Astr. Liber I, Londinii 1903
–^{03}, On Manilius I 423, CR 17 (1903) 343
–^{07}, The Madrid MS of Manilius and its kindred, CQ 1 (1907) 290–298
–^{08}, Manilius III 608–17, CQ 2 (1908) 313–315
–^{2}, M. Manilii Astr. Liber II, Londinii 1912
–^{13}, On some passages in Manilius, PCPhS 1913, 16–17
–^{M}, Manilius, Augustus, Tiberius, Capricornus, and Libra, CQ 7 (1913) 109–114
–^{3}, M. Manilii Astr. Liber III, Londinii 1916
–^{4}, M. Manilii Astr. Liber IV, Londinii 1920
–^{21}, The Codex Lipsiensis of Manilius, CQ 15 (1921) 175–176
–^{5}, M. Manilii Astr. Liber V, Londinii 1930
–^{32}, M. Manilii Astronomica, Editio minor, Cantabrigiae 1932
–$^{G1-G5}$, Housmanni editio altera, curante A. S. F. Gow, Cantabrigiae 1937
Hübner, Wolfgang, Die Rezeption des astrologischen Lehrgedichts des Manilius in der italienischen Renaissance, in: Humanismus und Naturwissenschaften, edd. R. Schmitz et F. Krafft, Boppard 1980, 39–67
–^{2}, Die Eigenschaften der Tierkreiszeichen in der Antike ... unter besonderer Berücksichtigung des Manilius, Wiesbaden 1982
–^{3}, Manilius als Astrologe und Dichter, ANRW 32, 1 (1984) 126-320
Huet, Pierre Daniel (1630–1721), v. Fayus
Hug, J. L. (1765–1846), Ad Hesiodi *Ἔργαμεγάλα*, Freiburg 1835, 10–11

Immisch, Otto (1862–1936), apud editionem Becherti

Jacob, Friedrich (1792–1854), M. Manili Astronomicon libri quinque recensuit, Berolini 1846
–$^{32-36}$, De M. Manilio poeta, quinque programmata, Lübeck 1832–1836

Jebb, R. C. (1841–1905), Bentley, London 1882, 145
Jever = Ezra de Clercq van Jever (1772), apud Weberi Lucanum, I p. 366
Jortin, John (1698–1770), Miscellaneous Observations II (London 1732) 346
Junius, Franciscus (1545–1602), notae (1590) ad finem Scal.[1]

Kleingünther, Hermann, Quaestiones ad Astronomicon libros, Diss. Jena 1905
–[2], Textkritische und exegetische Beiträge zum astrologischen Gedicht des sogenannten Manilius, Leipzig 1907
Kraemer, August, De Manilii qui fertur Astronomicis, Diss. Marburg 1890
–[2], Ort und Zeit der Abfassung der Astronomica des Manilius, Frankfurt a. M. 1904

Lachmann, Karl (1793–1851), In Lucretium Commentarius, Berlin 1850
–[1], De aetate Manilii, Gottingae 1815 (= Kl. Schr. II 42sqq., Berlin 1872)
Lannoius, Matthaeus, apud Junium
Lanson, G., De Manilio poeta eiusque ingenio, Paris 1887

Mackail, J. W. (1859–1949), in litteris (1912): v. Hous.[5] in addendis
Malchin, F., De auctoribus quibusdam qui Posidonii libros meteorologicon adhibuerunt, Diss. Rostock 1893
Manitius, Karl, in editione Gemini, Lipsiae 1898, 254
Markland, Jeremiah (1693–1776), in editione Statii Silvarum, Londini 1728 (*notarum paginas cito*)
Merkel, Josef, Des Marcus Manilius Himmelskugel, Aschaffenburg 1844
Merkel, Rudolf (1811–1885), ad Ovidii Tristia, 1837, 403
Moeller, J., Studia Maniliana, Diss. Marburg 1901
Molinius, Antonius, editionem alteram cito, Lugd. Bat. 1566
Mueller, Edwin, De Posidonio Manilii auctore, Diss. Leipzig 1901
Müller, Lucian (1836–1898), De re metrica[1], Lipsiae 1861 (*paginas tamen cito secundae editionis 1894*)
–[2], Kritische Beiträge, RhM 17 (1862) 188
Munro, H. A. J. (1819–1885), in editione Aetn. carm., Cantabrigiae 1867, ad 104

Naiden, J. R., et Householder, F. W., A Note on Manilius i 431–42, CP 37 (1944) 187–191
Neugebauer, Otto, et Van Hoesen, H. B., Greek Horoscopes, Philadelphia 1959

Oudendorp, Franz van (1696–1761), in litteris (1755) ap. Weberi Lucanum

Pingré, Alexandre Guy (1711–1796), Manilii editio cum versione gallica, Parisiis 1786
Pingree, David, recensio Goold, Phoenix 34 (1980) 264
Postgate, J. P. (1853–1926), Silva Maniliana, Cantabrigiae 1897
–[2], Silvae Manilianae Appendix, JP 25 (1897) 266–272
Pruckner, Nicolaus, Manilii editionem primam cito, Basileae 1533

Quat. = editio Quaternaria 'sine loco et anno' (nisi B. de Vitalibus recte ascribitur et Venetiis anno c. 1500)

Ramorino, F., Quo annorum spatio Manilius Astronomicon libros composuerit, SIFC 6 (1898) 318–352
Reeh, A., Interpretationen zu den Astronomica des Manilius, mit besonderer Berücksichtigung der philosophischen Partien, Diss. Marburg 1973
Reeve, M. D., Scaliger and Manilius, Mnemosyne 33 (1980) 177–179
–[2], Statius' Silvae in the Fifteenth Century, CQ 71 (1977) 202–225

Reeve[3], Some Astronomical Manuscripts, CQ 30 (1980) 508–522
–[4], 'Manilius' et alia apud Reynolds, q. v.
Reg. = Regiomontanus (Johann Müller 1436–1476), Manilii editio princeps, Norimbergae 1473 (?)
Reinesius, Thomas, ad finem Scal.[3]
Reynolds, L. D. (ed.), Texts and transmission: A Survey of the Latin Classics, Oxford 1983 (praesertim 235–238 'Manilius', a Reevio curatus)
Ricouart, Louis, Manilii versio gallica, Paris 1883
Roesch, H., Manilius und Lucrez, Diss. Kiel 1911
Romano, E., Struttura degli Astronomica di Manilio, Accademia ... di Palermo, Memorie 2, 1979
Rossberg, Konrad, Fleck. Neue Jahrb. 139 (1889) 705sqq.
–[2], Fleck. Neue Jahrb. 145 (1892) 74sqq.
Ruhnken, David (1723–1798), ad Rutilium Lupum, 1768, 94

Salmasius, Claudius (1588–1653), Historiae Augustae Scriptores, Parisiis 1620
–[2], Plinianae exercitationes 1629 (*ed. Traj. ad Rh. 1689 paginas cito*)
–[3], De annis climactericis et antiqua astrologia diatribae, Lugd. Bat. 1648
Scal. = Josephus Scaliger (1540–1609), M. Manili Astronomicon Libri quinque..., Strassburg 1579
–[1], idem, cum notis Francisci Junii, Heidelberg 1590
–[2], M. Manili Astronomicon ... ex vetusto codice Gemblacensi infinitis mendis repurgatum, Lugd. Bat. 1600
–[3], idem, quod plurimis accessionibus suarum curarum locupletaverat: accesserunt Thomae Renesi et Ismaelis Bullialdi animadversiones, Argentorati 1655
Schmidt, Mauritius (1823–1888), Zu Manilius, Phil. 8 (1853) 751
Schneider, J. G. (1750–1822) ad Columellam, Lipsiae 1794, 4, 26, 3
Schrader, Johannes (1722–1783), Observationum liber, Franecherae 1761 (*cito caput*)
–[2], Liber emendationum, Leovardiae 1776
Schwarz, Wolfgang, Praecordia mundi, Hermes 100 (1972) 601–614
Schwemmler, F., De Lucano Manilii imitatore, Diss. Giessen 1916
Sherburne, Edward (1618–1702), The Sphere of Marcus Manilius made an English Poem, London 1675
Smyly, J. G. (1867–1948), The second book of Manilius, Hermathena 38 (1912) 137–168
Steele, R. B., The Date of Manilius, AJP 52 (1931) 157–167
–[2], The Astronomica of Manilius, AJP 53 (1932) 320–343
Stoeber, Elias (1719–1778), Manilii editio, Argentorati 1767
Susius, Jacobus, apud Scal.[2]

Tappertz, Eduard, De coniunctionum usu apud Manilium quaestiones selectae, Diss. Münster 1892
Thiele, Georg (1866–1917), Antike Himmelsbilder, Berlin 1898
Thielscher, Paul (1881–1962), De Statii Silii Manilii scripta memoria, Phil. 66 (1907) 85–134
–[2], Handschriftliches zu römischen Dichtern, RhM 62 (1907) 46–53
–[3], Zu den Maniliushandschriften, RhM 62 (1907) 485–486
–[4], Zur Maniliusüberlieferung, Phil. 82 (1927) 167–180
–[5], Ist M. Manilii Astronomicon Libri V richtig?, Hermes 84 (1956) 353–372
–[6], The Manuscript Tradition of Statius' Silvae, CQ 51 (1957) 47–52
Thomas, Paul, Lucubrationes Manilianae, Gandavi 1888
–[2], Notes et conjectures sur Manilius, Mém. acad. royale de Belg. 46 (1891) 25
–[3], Notes critiques sur Manilius, Bull. acad. royale de Belg. 29 (1895) 248

Turnebus, Adrianus (1512–1565), Adversaria, Parisiis 1564–1573 (*librum et caput cito*)

Unger, R., De C. Valgio, 1848

Valpy, Edward (1764–1832), Manilius editus secundum Bentleium cum notis variorum, Londini 1828
Vlitius (J. van Vliet 1620–1666), Venatio Novantiqua, 1645, iterata 1653
Voigt, W. de, ... zur Erklärung und Zeitbestimmung ... des Manilius, Phil. 58 (1899) 170sqq.
Voss, Gerard (1577–1649), in Burmanni editione (1724) Valerii Flacci ad 4, 258
Voss, Isaac (1618–1689), in editione Catulli, Londini 1684

Wag. = Jakob van Wageningen (1864–1923), Maniliana, Mnemosyne 41 (1913) 194–206; 42 (1914) 110–118
–², M. Manilii Astronomica in het Nederlandsch vertaald, Leiden 1914
–³, Manilii editio (Bibliotheca Teubneriana), Lipsiae 1915
–⁴, Commentarius in M. Manilii Astronomica, Amsterdam 1921
–⁵, Manilius (6) ap. Pauly-Wissowa RE XIV (1928) 1115–1133
Wakefield, Gilbert (1756–1801), in editione Lucretii (Londinii 1796–1797) ad 1, 1013
Waszink, J. H., In Manilii librum primum observationes, Ut Pictura Poesis (Festschrift Enk), Leiden 1955, 205sqq.
–², Maniliana, SIFC 28 (1956) 588–598
–³, Maniliana II, Mnemosyne IV 9 (1956) 241–247
Watt, W. S., Maniliana, CQ 44 (1994) 451–457
Weber, Carol. Fred., editio Lucani, Lipsiae 1821–1831
–², Manilii editio, pp. 601sqq. ap. Corp. Poet. Lat., Francofurti ad Moenum 1833
Woltjer, J., De Manilio poeta, Groningae 1881
Wordsworth, Christopher (1807–1885), (ed.) The Correspondence of Richard Bentley, London 1842

CONSPECTVS SIGLORVM

I CODICES PRIMARII

G	Bruxellensis 10012 (olim Gemblacensis)	saec. xi
L	Lipsiensis 1465	saec. xi
M	Matritensis 3678 (olim M 31)	ann. 1417
M*	(usque ad 1, 82) consensus apographorum **M**, videlicet **tuv**	
N	Londiniensis Bibl. Brit. Add. 22808 (1, 1–727)	c. 1450
P	Parmensis Palat. 283 (tantum 1, 1–15)	c. 1452
V	Venetus deperditus a Gronovio collatus (in Leid. 755 H 15, eiusdem exempl. ed. Lugd. 1566)	saec. xi
O	consensus **GLM(M*)** et, quoad exstant, **NP**	
$\mathbf{O^v}$	consensus **GLMV** et, quoad exstat, **N**	
$\mathbf{G^2L^2M^2}$	correctiones vel variae lectiones primae manus	
$\mathbf{G^3L^3}$	non prima, sed antiqua manus in margine	
$\mathbf{G^rL^rM^r}$	manus recentiores	
$\mathbf{N^m}$	lectiones marginales primae manus	

II CODICES SECVNDARII

Cusanici

a	Bruxellensis 10699 (olim Cusanus)	saec. xii
b	Venetus Marcianus latinus XII 69	c. 1435
c	Leidensis Vossianus (237) latinus O 18	c. 1440
n	Sabinianensis 68	anni 1468
o	Vaticanus latinus 5160	anni 1469
w	Leidensis Vossianus (390) latinus O 3 (pars prior)	anni 1470

Ferrarienses

d	Bodleianus Auct. F. 4. 34	c. 1455
e	Caesenas S. 25. 5	anni 1457
f	Parisinus latinus 8022	c. 1460
g	Vaticanus Chigianus H. IV. 133	c. 1460
h	Vindobonensis 3128	c. 1460
i	Bostoniensis Bibl. Publ. q. Med. 20 (olim G 38 46)	anni 1461
j	Vaticanus latinus 3099	c. 1470

Marcianici alii

k	Monacensis 15743	c. 1460
l	Oxoniensis Coll. Corp. Christ. 66	c. 1460
m	Parisinus Nouv. Acqu. latinus 483	anni 1461

p	Vaticanus Palatinus latinus 1711	anni 1469
q	Palatinus Francisci Junii	inc. anni
r	Vaticanus latinus 8172	c. 1470
s	Vaticanus Barberinianus latinus 125	c. 1470
Poggianici		
t	Holkhamicus 331	c. 1470
u	Vaticanus Urbinas latinus 667	c. 1470
v	Vaticanus Urbinas latinus 668	c. 1470
x	Leidensis Vossianus (390) latinus O 3 (pars post.)	anni 1470
Recentissimi		
y	Florentinus Laurentianus plut. 30. 15	anni non ante 1474
z	Matritensis 4252 (olim M 175)	anni non ante 1484

ARGVMENTA LIBRORVM

I

II

466	Videntia, audientia, amantia, insidiantia
520	Primum et tertium trigonum
536	Signorum inimicitiae
608	Signorum amicitiae
643	Causae amicitias inimicitiasque variantes
693 – 737	Dodecatemoria signorum
738 – 787	Dodecatemoria planetarum
788 – 840	Cardines zodiaci
841 – 855	Cardinum intervalla
856 – 967	Dodecatropos

III

1 – 42	Prooemium
43 – 159	Duodecim athla
160 – 202	Qua ratione Sors Fortunae inveniatur
203 – 509	Qua ratione horoscopus inveniatur
218	Vulgatae rationis refutatio
247	Vera ratio
443	Vices dierum noctiumque
483	Alia ratio
510 – 559	Chronocratoria signorum zodiaci
560 – 580	Quot vitae annos singula signa tribuant
581 – 617	Quot tribuant singula dodecatropi templa
618 – 682	Tropica signa

IV

1 – 118	Prooemium
122 – 293	Signorum zodiaci mores
294 – 407	Decani
408 – 501	Partes damnandae
502 – 584	Certae signorum partes horoscopantes
585 – 710	Terrae marisque descriptio
711 – 743	Gentium diversitates
744 – 817	Singulis signis subiectae terrae
818 – 865	Signa ecliptica
866 – 935	Fata nosci posse

V

1 – 29	Prooemium
32 – 709	Sidera simul cum zodiaci signis orientia
	cum Ariete
32	Argo
57	Orion
67	Heniochus
103	Haedi
118	Hyades
128	Capella

cum Tauro
140 Pliades
cum Geminis
157 Lepus
cum Cancro
174 Iugulae
197 Procyon
cum Leone
206 Canicula
234 Crater
cum Virgine
251 Corona
270 Spica
cum Libra
293 Sagitta
311 Haedus
324 Lyra
cum Scorpio
339 Ara
348 Centaurus
cum Sagittario
357 Arcturus
364 Cycnus
cum Capricorno
389 Ophiuchus
394 Piscis notius
409 Fides
416 Delphinus
cum Aquario
449 Cepheus
486 Aquila
504 Cassiope
cum Piscibus
538 Andromeda
631 Equus
645 Engonasin
656 Cetus
numquam cadentia
693 Helice
⟨. . . Draco
. . . De planetis . . .⟩
710–745 Stellarum magnitudines

M. MANILII

ASTRONOMICON

LIBER PRIMVS

Carmine divinas artes et conscia fati
sidera diversos hominum variantia casus,
caelestis rationis opus, deducere mundo
aggredior primusque novis Helicona movere
5 cantibus et viridi nutantis vertice silvas
hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
qui regis augustis parentem legibus orbem
concessumque patri mundum deus ipse mereris,
10 das animum viresque facis ad tanta canenda.
iam propiusque favet mundus scrutantibus ipsum
et cupit aetherios per carmina pandere census.
hoc sub pace vacat tantum. iuvat ire per ipsum
aera et immenso spatiantem vivere caelo
15 signaque et adversos stellarum noscere cursus.
quod solum novisse parum est. impensius ipsa
scire iuvat magni penitus praecordia mundi,
quaque regat generetque suis animalia signis
cernere et in numerum Phoebo modulante referre.
20 bina mihi positis lucent altaria flammis,
ad duo templa precor duplici circumdatus aestu
carminis et rerum: certa cum lege canentem
mundus et immenso vatem circumstrepit orbe
vixque soluta suis immittit verba figuris.

Codicum primariorum titulos et capitula quaere praefationis capp. 16–22 || 1 *deficit* **M** *usque ad 1, 82* || 3 modo **P** (m̄do *male transcribens?*) || 10 uiresque facis **O** facis et vires *Burton* || 11 propiusque fauet mundus **GL** propius mundusque fauet **M*NP** -que favet mundus propius *Bent.* || 12 census *Scal.*[1] sensus **GLM*N** cantus **P** || 13 hoc **GLNP** hac **M*** | tantum **GLNP** tandem **M*** | altum **V** || 15 *post hunc versum deficit* **P** || 18 qua *Scal.*[1] quae **O** || 19 cerneret **N** || 22 rerum **GLN** circum **M***

25 Quem primum interius licuit cognoscere terris
munere caelestum. quis enim condentibus illis
clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
quis foret humano conatus pectore tantum,
29 invitis ut dis cuperet deus ipse videri,
32 sublimis aperire vias imumque sub orbem
33 et per inane suis parentia finibus astra?
30 tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;
31 per te iam caelum interius, iam sidera nota
34 nominaque et cursus signorum, pondera, vires,
35 maior uti facies mundi foret, et veneranda
non species tantum sed et ipsa potentia rerum,
sentirentque deum gentes qua maximus esset.
40 et natura dedit vires seque ipsa reclusit
regalis animos primum dignata movere
proxima tangentis rerum fastigia caelo,
qui domuere feras gentes oriente sub ipso,
[quas secat Euphrates, in quas et Nilus abundat]
45 qua mundus redit et nigras super evolat urbes.
tum qui templa sacris coluerunt omne per aevum
delectique sacerdotes in publica vota
officio vinxere deum; quibus ipsa potentis
numinis accendit castam praesentia mentem,
50 inque deum deus ipse tulit patuitque ministris.
hi tantum movere decus primique per artem
sideribus videre vagis pendentia fata.
singula nam proprio signarunt tempora casu,
longa per assiduas complexi saecula curas:
55 nascendi quae cuique dies, quae vita fuisset,
in quas fortunae leges quaeque hora valeret,
quantaque quam parvi facerent discrimina motus.
postquam omnis caeli species, redeuntibus astris,
percepta, in proprias sedes, et reddita certis
60 fatorum ordinibus sua cuique potentia formae,
per varios usus artem experientia fecit
exemplo monstrante viam, speculataque longe

25 que **N** | interius **O^{v}** ulterius *Hous.*^{98} || 26 munere **G^{2}** -ra **O** || 30–31 *post* 33 *Hous.*^{1}, *post* 34 *Scal.*^{2} || 32 unumque **N** || 37 gentes **GLM*** g̅s **N** | qua *Gron.*^{2} *III 19* quam **O** || *post* 37 *versus a se confictos inseruit Bonincontrius* 38–39 qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent omnibus et mundi facies caelumque supernum, *quos una cum* 31–37 *expulit Bent.* || 40 natura **GL^{2}M*NV** natariique **L** || 43 gentes **O** genus **N** || 44 *del. Bent.* | secat **GLN** serat **M*** || 46 tunc **O** || 48 uinxere **GLNV** iunxere **M*** || 59 percepta **M*Nb** prae- **GLV** descripta *Bent.*

deprendit tacitis dominantia legibus astra
et totum aeterna mundum ratione moveri
65 fatorumque vices certis discernere signis.
Nam rudis ante illos nullo discrimine vita
in speciem conversa operum ratione carebat
et stupefacta novo pendebat lumine mundi,
tum velut amisso maerens, tum laeta ren⟨ato;
surgentem neque enim totiens Titana fug⟩atis
70 sideribus, variosque dies incertaque noctis
tempora nec similis umbras, iam sole regresso
iam propiore, suis poterat discernere causis.
necdum etiam doctas sollertia fecerat artes,
terraque sub rudibus cessabat vasta colonis;
75 tumque in desertis habitabat montibus aurum,
immotusque novos pontus subduxerat orbes,
nec vitam pelago nec ventis credere vota
audebant; se quisque satis novisse putabant.
sed cum longa dies acuit mortalia corda
80 et labor ingenium miseris dedit et sua quemque
advigilare sibi iussit fortuna premendo,
seducta in varias certarunt pectora curas
et, quodcumque sagax temptando repperit usus,
in commune bonum commentum laeta dederunt.
85 tunc et lingua suas accepit barbara leges,
et fera diversis exercita frugibus arva,
et vagus in caecum penetravit navita pontum,
fecit et ignotis iter in commercia terris.
tum belli pacisque artes commenta vetustas;
90 semper enim ex aliis alias proseminat usus.
ne vulgata canam, linguas didicere volucrum,
consultare fibras et rumpere vocibus angues,
sollicitare umbras imumque Acheronta movere,
in noctemque dies, in lucem vertere noctes.

64 aeterna *Scal.*[1] alterna **O** | mundum **Gtu** -di **LNv** || **69** amisso . . . renato *Breiter* -is . . . -is **O** || *lacunae post* **69** *positae* (*post* **68** *Garrod xxi, post* **70** sideribus *Wageningen*[1] *194 sq.*) *sensum supplevit Gain 63* || **72** propriore **M*** tempore **N** | poterat *Scal.*[2] -ant **O**: *hoc omisso* impar discernere *Bent.*, discernere nescia *Hous.*[98] || **75** latitabat *Burman*[2] *I p. 86, Müller*[2] || **76** immotus **GLNV** ignotus **M*** || **82** pecora **N** || **83** *incipit* **M** *primo folio amisso* || **84** commentum **GLM**[2] -ta **M** (*unde* quotcumque . . . / . . . commenta elata *Hous.*[1]) commentam commentum *punctis sub hoc vocabulo positis* **N** -is *Reg.* -o *Vlitius* | dedere **bs** (*cf. 2, 27*) || **88** iter in *Gron.*[6] itiner **GLN**[m]**V** iter **N** inter **M** linter *Hous.*[98] || **90** alias **b** -ia **O**[v] || **91** ne **G** nec **LMN**

95 omnia conando docilis sollertia vicit.
nec prius imposuit rebus finemque modumque
quam caelum ascendit ratio cepitque profundam
naturam rerum causis viditque quod usquam est.
nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore,
100 hiberna aestiva nix grandine mollior esset,
arderent terrae solidusque tremesceret orbis;
cur imbres ruerent, ventos quae causa moveret
pervidit, solvitque animis miracula rerum
eripuitque Iovi fulmen viresque tonandi
105 et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.
quae postquam in proprias deduxit singula causas,
vicinam ex alto mundi cognoscere molem
intendit totumque animo comprendere caelum,
attribuitque suas formas, sua nomina signis,
110 quasque vices agerent certa sub sorte notavit
omniaque ad numen mundi faciemque moveri,
sideribus vario mutantibus ordine fata.
Hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratúm
carminibus. faveat magno fortuna labori,
115 annosa et molli contingat vita senecta,
ut possim rerum tantas emergere moles
magnaque cum parvis simili percurrere cura.
Et quoniam caelo descendit carmen ab alto
et venit in terras fatorum conditus ordo,
120 ipsa mihi primum naturae forma canenda est
ponendusque sua totus sub imagine mundus.
quem sive ex nullis repetentem semina rebus
natali quoque egere placet, semperque fuisse
et fore, principio pariter fatoque carentem;
125 seu permixta chaos rerum primordia quondam
discrevit partu, mundumque enixa nitentem
fugit in infernas caligo pulsa tenebras;
sive individuis, in idem reditura soluta,
principiis natura manet post saecula mille,
130 et paene ex nihilo summa est nihilumque futurum,
caecaque materies caelum perfecit et orbem;

96 modumque *Ald.* manumque **O**[v] || **97** scendit **N** | profundis (*hoc* **b**[2]**i**) . . . **98** claustris *Bent.* || **104** tonandi **d** -antis **O** || **105** sonitum **L**[r]**b** solitum **O** || **108** -que *om.* **N** || **112** vario *Scal.*[1] -iis **O** || **113** ullis **GMN** nullis **L** || **116** evincere *Bent.* || **118** carmen descendit **a**, *qui ordo vicies invenitur, sed ille traditus alibi terdecies* || **120** canenda **GLN** cauenda **M**, *ut 4, 442* || **124** forte **N** || **128** in idem **GLN** unde **M** || **130** summa *Bechert* -um **LMN** sumptum **GL**[2]

sive ignis fabricavit opus flammaeque micantes,
quae mundi fecere oculos habitantque per omne
corpus et in caelo vibrantia fulmina fingunt;
135 seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum
materies ipsumque vorat, quo solvitur, ignem;
aut neque terra patrem novit nec flamma nec aer
aut umor, faciuntque deum per quattuor artus
et mundi struxere globum prohibentque requiri
140 ultra se quicquam, cum per se cuncta crearint,
frigida nec calidis desint aut umida siccis,
spiritus aut solidis, sitque haec discordia concors
quae nexus habilis et opus generabile fingit
atque omnis partus elementa capacia reddit:
145 semper erit pugna ingeniis, dubiumque manebit
quod latet et tantum supra est hominemque deumque.
sed facies quacumque tamen sub origine rerum
convenit, et certo digestum est ordine corpus.
ignis in aetherias volucer se sustulit oras
150 summaque complexus stellantis culmina caeli
flammarum vallo naturae moenia fecit.
proximus in tenuis descendit spiritus auras
153 aeraque extendit medium per inania mundi.
155 tertia sors undas stravit fluctusque natantis,
aequoraque effudit toto nascentia ponto,
ut liquor exhalet tenuis atque evomat auras
aeraque ex ipso ducentem semina pascat,
154 ignem flatus alat vicinis subditus astris.
159 ultima subsedit glomerato pondere tellus,
160 convenitque vagis permixtus limus harenis
paulatim ad summum tenui fugiente liquore;
quoque magis puras umor secessit in undas
et saccata magis struxerunt aequora terram
adiacuitque cavis fluidum convallibus aequor,
165 emersere fretis montes, orbisque per undas
exsiliit, vasto clausus tamen undique ponto.

139 prohibent **b** -et **O** || **140** crearint *Jacob* -antur **GLMN** -entur **L**^{2} || **141** nec **L** ne **GMN** || **143** quae **V** quem **O** || **144** capacia *Scal.*^{1} rapacia **O** || **145** pugna ingeniis *Hous.*^{98} genus in pugna **O** || **146** hominem **GL**^{2}**V** -um **LMN**, *quo recepto* et captum *Woltjer 61* || **147** quacunque *Scal.*^{1} quae- **O** || **148** ordine **GLN** coline **M** || **149** oras *Bent.* auras **O** || **150** stellantis **GL** still- **MN** || **154** *post* 158 *Hous.*^{1} | alat *Bent.* -it **O** || **155** fluctus **G** flatus **LMNV** || **156** aequora **GL**^{2} -re **LMNV** | -que effudit *Barth*^{2} perfudit **O** | totum *in* -o *corr.* **N** || **158** aera **b** -re **O**^{v} || **163** saccata *Munro* siccata **GL** fetata **M** fecta **N** || **164** fluuidum **O**

168 idcircoque manet stabilis, quia totus ab illo
tantundem refugit mundus fecitque cadendo
170 undique, ne caderet medium totius et imum.
[ictaque contractis consistunt corpora plagis
et concurrendo prohibentur longius ire]
Quod nisi librato penderet pondere tellus,
non ageret currus, mundi subeuntibus astris,
175 Phoebus ab occasu et numquam remearet ad ortus,
lunave summersos regeret per inania cursus,
nec matutinis fulgeret Lucifer horis,
Hesperos emenso dederat qui lumen Olympo.
nunc, quia non imo tellus deiecta profundo
180 sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta,
qua cadat et subeat caelum rursusque resurgat.
nam neque fortuitos ortus surgentibus astris
nec totiens possum nascentem credere mundum
solisve assiduos partus et fata diurna,
185 cum facies eadem signis per saecula constet,
idem Phoebus eat caeli de partibus isdem
lunaque per totidem luces mutetur et orbes
et natura vias servet, quas fecerat ipsa,
nec tirocinio peccet, circumque feratur
190 aeterna cum luce dies, qui tempora monstrat
nunc his nunc illis eadem regionibus orbis,
semper et ulterior vadentibus ortus ad ortum
occasumve obitus, caelum et cum sole perennet.
Nec vero admiranda tibi natura videri
195 pendentis terrae debet. cum pendeat ipse
mundus et in nullo ponat vestigia fundo,
quod patet ex ipso motu cursuque volantis,
cum suspensus eat Phoebus currusque reflectat
huc illuc agilis, et servet in aethere metas,
200 cum luna et stellae volitent per inania mundi,

167 *post* **214** *Hous.*[98], *del. Bent.* || **168** -que *om.* **N** || **170** ne caderet **GL** nec aderet **M** nec adheret **N** | imum *Jever* imum est **O** || **171–172** *del. Bent.* || **171** icta **L**^{2}**N** ita **GL** leta **M** | contra actis *Jacob* contra ictis *Breiter*[3] *417* || **172** prohibentur *Huet* -ent in **O** || **173** quod ni (in **N**) **O** (nisi *1, 827; 2, 67; 3, 206, praeterea 2, 762. 804; 4, 23. 49. 396: videlicet* n^1 *scriptum erat*) || **174** currus *Bent.* cursus **O** || **175** ab occasu *Bent.* ad -um **O** | et **GLN**, *om.* **M** || **176** currus **e** || **178** emenso *Bent.* inm- **O** || **179** imo **GL** uno **MN** || **181** cadat et *Fayus* caderet **O** || **184** fata **L**^{2}**MNV** facta **GL** || **190** qui **w** quod **O** | monstrat **e** -ant **O**^{v} || **192** ortum *Scal.*[2] -us **O** || **194** adm. tibi nat. *Ellis*[2] *311* tibi nat. adm. **O** nat. tibi adm. **mv** | uideri *et post* nat. *et in fine, illic transfixum,* **M** || **195–201** *dist. Bent.* || **198** currus *Bent.* cursum **O**

terra quoque aerias leges imitata pependit.
est igitur tellus mediam sortita cavernam
aeris, e toto pariter sublata profundo,
nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
205 undique surgentem pariter pariterque cadentem.
haec est naturae facies: sic mundus et ipse
in convexa volans teretis facit esse figuras
stellarum; solisque orbem lunaeque rotundum
aspicimus tumido quaerentis corpore lumen,
210 quod globus obliquos totus non accipit ignes.
haec aeterna manet divisque simillima forma,
cui neque principium est usquam nec finis in ipsa,
sed similis toto ore sibi perque omnia par est.
sic tellus glomerata manet mundumque figurat
167 imaque de cunctis mediam tenet undique sedem.
215 Idcirco terris non omnibus omnia signa
conspicimus. nusquam invenies fulgere Canopon
donec ad Heliacas per pontum veneris oras;
sed quaerunt Helicen, quibus ille supervenit ignis,
quod laterum tractus habitant, medioque tumore
220 eripiunt terrae caelum visusque coercent.
te testem dat, luna, sui glomeraminis orbis,
quae, cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
non omnis pariter confundis sidere gentes,
sed prius eoae quaerunt tua lumina terrae,
225 post medio subiecta polo quaecumque coluntur,
[ultima ad hesperios infectis volveris alis]
seraque in hesperiis quatiuntur gentibus aera.
quod si plana foret tellus, semel orta per omnem
deficeres pariter toti miserabilis orbi.
230 sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
his modo, post illis apparet Delia terris

201 mutata **M** || **203** e *Bent.* et **O** || **212** ipsa **d** ipso **O** || **213** ore sibi *Bent.* remanet **O** orbe manet *Pingré* | torno remeat *tempt. Hous.*[32] || **214** tellus *Jacob* stellas **MN** -is **GL** | manet *Scal.*[1] -ent **O** -ens *tempt. Hous.*[98] | figurat *Jacob* -ant **O** || **217** ad Heliacas *Hous.*[1] adeiacas **M** adeiacas (*punctis subter positis*) ad nilicas **N** ad niliacas **L** niliacas **GL**^{2} || **218** quaerunt *Hous.*[98] -ent **O** || **220** cohercent **GL**^{2}**N** coherent **LM** || **221** glomeraminis *Gron.*[4] -abilis **O**^{v} || **222** deficis **GL** -it **L**^{2}**MNV** || **223** confundis **G** -it **LMNV** | sydera **N** | gentes **GLM**^{r} g's **M** genus uel gentes **N** || **224** terrae *Burman*[2] *I 96, Bent.* gentes **GLM**^{r} g's **M** genus **N** || **226** *del. Bent.* | tum vice . . . infecti . . . axis *tempt. Hous.*[98] || **227** hesperiis *Goold*[2] *101* extremis **O** | gentibus **O** finibus *Bent.* || **228** plena **M** | semel et **M**, *corr.* **M**^{2} semel semel **N**, *corr.* **N**^{2} | omnem **GL** -es **MN** || **229** deficeres **V**, *Bent.* -et **O** | toti **GL**^{2}**MN** toto **L**

exoriens simul atque cadens, quia fertur in orbem
ventris et acclivis pariter declivia iungit
atque alios superat gyros aliosque relinquit.
235 [ex quo colligitur terrarum forma rotunda]
Hanc circum variae gentes hominum atque ferarum
aeriaeque colunt volucres. pars eius ad arctos
eminet, austrinis pars est habitabilis oris
sub pedibusque iacet nostris supraque videtur
240 ipsa sibi fallente solo declivia longa
et pariter surgente via pariterque cadente.
hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit actus,
illic orta dies sopitas excitat urbes
et cum luce refert operum vadimonia terris;
245 nos in nocte sumus somnosque in membra vocamus.
pontus utrosque suis distinguit et alligat undis.
Hoc opus immensi constructum corpore mundi
membraque naturae diversa condita forma
aeris atque ignis, terrae pelagique iacentis,
250 vis animae divina regit, sacroque meatu
conspirat deus et tacita ratione gubernat
mutuaque in cunctas dispensat foedera partes,
altera ut alterius vires faciatque feratque
summaque per varias maneat cognata figuras.
255 Nunc tibi signorum lucentis undique flammas
ordinibus certis referam. primumque canentur
quae media obliquo praecingunt ordine mundum
solemque alternis vicibus per tempora portant
atque alia adverso luctantia sidera mundo,
260 omnia quae possis caelo numerare sereno,
e quibus et ratio fatorum ducitur omnis,
ut sit idem mundi primum quod continet arcem.
Aurato princeps Aries in vellere fulgens
respicit admirans aversum surgere Taurum
265 summisso vultu Geminos et fronte vocantem,
quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem.
aequato tum Libra die cum tempore noctis

235 *del. Bent.* || **236** g's **M** genus **N** || **237** arctos **GLN** ortos **M** || **238** horis **N** || **239** nostris iacet *et corr.* **N** || **242** ab occasu nostro *Scal.*[1], *quo accepto* has ubi . . . sol aspicit oras *Goold*[2] *102* | actus *Hous.*[98] ortus **O** || **243** alma *Bent.* | urbes **GLN** orbes **M** || **245** -que *om.* **G** | vocamus *Burman*[1] locamus **O** || **247** inmensum **N** || **249** aque **MN** || **251** tacita **GLN** tacta **M** || **252** mutuaque *Bent.* multa quod **M** et multa **GLN** || **253** altera *Fayus* alter **O** || **259** mundi **N** || **260** *ante* 256 *Hous.*[1] (*contra Schwarz*) || **261** *post* omnis *punctum pos. Fayus* || **264** auersum **MN**, *Lannoius 17* adu- **GL**

attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
in cuius caudam contento derigit arcu
270 mixtus equo volucrem missurus iamque sagittam.
tum venit angusto Capricornus sidere flexus.
post hunc inflexa defundit Aquarius urna
Piscibus assuetas avide subeuntibus undas,
quos Aries tangit claudentis ultima signa.
275 At qua fulgentis caelum consurgit ad Arctos,
omnia quae summo despectant sidera mundo
nec norunt obitus unoque in vertice mutant
in diversa situm caelumque et sidera torquent,
aera per gelidum tenuis deducitur axis
280 libratumque regit diverso cardine mundum;
sidereus circa medium quem volvitur orbis
aetheriosque rotat cursus, immotus at ille
in binas Arctos magni per inania mundi
perque ipsum terrae derectus constitit orbem.
285 nec vero solidus stat robore corporis axis
nec grave pondus habet, quod onus ferat aetheris alti,
sed cum aer omnis semper volvatur in orbem
quoque semel coepit totus volet undique in ipsum,
quodcumque in medio est, circa quod cuncta moventur,
290 usque adeo tenue ut verti non possit in ipsum
nec iam inclinari nec se convertere in orbem,
hoc dixere axem, quia motum non habet ullum
ipse, videt circa volitantia cuncta moveri.
Summa tenent eius miseris notissima nautis
295 signa per immensum cupidos ducentia pontum.
maioremque Helice maior decircinat arcum
(septem illam stellae certantes lumine signant),
qua duce per fluctus Graiae dant vela carinae.
angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,
300 quam spatio tam luce minor; sed iudice vincit
maiorem Tyrio. Poenis haec certior auctor
non apparentem pelago quaerentibus orbem.

269 dirigit **O** (*vid. Lachmann ad Lucr. 4, 609*) || **271** angusto **GLN** aug- **M** || **272** inflexa **LMN** -am **GL**[2] | defundit . . . urna **MN** diffundit . . . urnam **GL** || **274** cludentis **O** || **275** at qua *Scal.*[1] atque **M** at (et **V**) qui **GLNV** | caelum **M** -lo **GLN** || **277–278** mutant / . . . situm *Hous.*[98] tantum / . . . situ **O** || **282** -que *om.* **N** | in motu **N** || **284** constitit *Scal.*[1] conspicit **O** || **285** solidus *Bent.* e solido **O**, *quo servato* corpore (**V**) conpos *Hous.*[98], corporeusque *Hous.*[1] | axis *Bent.* eius **MN** ei **GL** || **290** possit **GL** -et **MN** || **292–293** *dist. Hous.*[1] || **293** uolancia **N** || **294** notissima **GLN** nou- **M** || **296** helicen **M** | arcum **M**[2], *Scal.*[1] arctum **GLNV** arcid'm **M** || **297** signat **N** || **298** graiae **GL** graia **M** grata **N**

nec paribus positae sunt frontibus: utraque caudam
vergit in alterius rostro sequiturque sequentem.
305 has inter fusus circumque amplexus utramque
dividit et cingit stellis ardentibus Anguis,
ne coeant abeantve suis a sedibus umquam.
Hunc inter mediumque orbem, quo sidera septem
per bis sena volant contra nitentia signa,
310 mixta ex diversis consurgunt viribus astra,
hinc vicina gelu, caelique hinc proxima flammis;
quae quia dissimilis, qua pugnat, temperat aer,
frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.
proxima frigentis Arctos boreanque rigentem
315 nixa venit species genibus, sibi conscia causae.
a tergo nitet Arctophylax idemque Bootes,
⟨cui verum nomen vulgo posuere, minanti⟩
quod similis iunctis instat de more iuvencis;
Arcturumque rapit medio sub pectore secum.
at parte ex alia claro volat orbe Corona
320 luce micans varia; nam stella vincitur una
circulus, in media radiat quae maxima fronte
candidaque ardenti distinguit lumina flamma.
Cnosia desertae fulgent monumenta puellae,
et Lyra diductis per caelum cornibus inter
325 sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus
omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos
fecit iter domuitque infernas carmine leges.
hinc caelestis honos similisque potentia causae:
tunc silvas et saxa trahens nunc sidera ducit
330 et rapit immensum mundi revolubilis orbem.
serpentem magnis Ophiuchus nomine gyris
dividit et torto cingentem corpore corpus,
explicet ut nodos sinuataque terga per orbes.
respicit ille tamen molli cervice reflexus

308 -que *om.* **N** || 311 gelu *Bent.* poli **GLV** polo **N**: *om.* **M** | caelique **GL** caeli **MN** | hinc nive vicina glacieque *tempt. Hous.*[98] || 314 rigentem **GLN** reg- **M** || 316 *ante* 314 **GLV** || *ante* 317 *versum suppl. Hous.*[1] || 317 quod stimulo *Scal.*[2] *in notis* | uinctis **N** | instanti similis iunctis temone iuvencis *tempt. Schmidt* || 319 ac **N** || 321 media **GMN** -io **L** | radiat **MN**, *Carrio III 19* -ans **GL** || 322–324 *dist. Hous.*[1] || 323 fulgent **MN** et f. **GLV** || 324 diductis d^2 de- **O** || 326 manes L^2**MN** -ens **L** -ans **G** || 328 hinc **GLN** huic **M** | potencie **N** || 331 serpentem **GL** -ertem **N** ingentem **M** | ophiucus **GLN** orpheu de **M** | gyris *Hous.*[98] signis **O** || 332 et **MN** // etiam **L** atque etiam **G** | torto *Scal.*[1] toto **O** | cingentem M^2**NV** ingentem **LM** ingens **G** || 333 explicat G^2 | ut **LMN** et **G** in **V**

335 et redit effusis per laxa volumina palmis.
semper erit, paribus bellum quia viribus aequant.
proxima sors Cycni, quem caelo Iuppiter ipse
imposuit, formae pretium, qua cepit amantem,
cum deus in niveum descendit versus olorem
340 tergaque fidenti subiecit plumea Ledae.
nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.
hinc imitata nitent cursumque habitumque sagittae
sidera. tum magni Iovis ales fertur in altum,
assueto volitans gestet ceu fulmina motu,
345 digna Iove et caelo, quod sacris instruit armis.
tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra,
oceani caelique decus, per utrumque sacratus.
quem rapido conatus Equus comprendere cursu
festinat pectus fulgenti sidere clarus
350 et finitur in Andromeda. [quam Perseus armis
eripit et sociat sibi. cui] succedit iniquo
divisis spatio, quod terna lampade crispans
conspicitur, paribus Deltoton nomine sidus
ex simili dictum, Cepheusque et Cassiepia
355 in poenas sinuata suas iuxtaque relictam
Andromedan, vastos metuentem Pristis hiatus,
[expositam ponto deflet scopulisque revinctam]
ni veterem Perseus caelo quoque servet amorem
auxilioque iuvet fugiendaque Gorgonis ora
360 sustineat spoliumque sibi pestemque videnti.
tum vicina ferens nixo vestigia Tauro
Heniochus, studio mundumque et nomen adeptus,
quem primum curru volitantem Iuppiter alto
quadriiugis conspexit equis caeloque sacravit.

335 redit **d** dedit **O** | et de diffusis **V** || **336** *dist. Hous.*[1] *xli* | (redit . . .) semper iter *Hous.*[98] | *versum del. Bent.* || **338** pretium **LMN** -io **G** || **339** in niueum **GLN** inimicum **M** || **340** plumea **G** plurima **LMNV** || **341** diductas **d** de- **O** || **342** hinc imitata **GLN** hiuc mutata **M** || **344** assueto **GL** adsueto **N** adsudet et **M** | adsueta evolitans (*hoc Ellis*[3] *271*) *Hous.*[1] | ceu **LMN** cui **G** | motu *Watt* mundi **O** mundo **m**, *Bent.* nisu *Bailey*[2] *162* || **345** digna **GLM** -o **N** || **347** occani **M**, e *supr. add.* **M**^{2} occeani **N** || **348** equus **GLN** diuo *vel* cliuo **M** || **350–351** quam . . . cui *del. Bent.* || **351** eripit **GLN** et ripit **M** | sibi *om.* **N** || **352** divisis *Hous.*[32] -us **O** -um **d** innisum *Hous.*[98] | terna *Dulcinius* tertia **O**^{v} | lampade **w** -da **O**^{v} | crispans *Hous.*[32] dispas **M** -pa **L** -par **GL**^{2}**N** praestans *Hous.*[98] || **353** deltoton **GLN** de/toto **M** || **354** casepia **N** || **355–398** *post* **399–442** *in* **O** *positos huc transp. Scal.*[1] || **355** sinuata *Watt* signata **O** resupina *Hous.*[32] || **356** pistris *Grotius* piscis **O** || **357** *del. Bent.* || **358** ni **w**, *Lannoius 21* ne **MN** in **GL** ut **V** | seruet **LMN** feruet **G** || **359** auxilio **LMN** exilio **G** || **360** pestem *Lannoius 22* testem **O** || **361** nixo **V**, *Scal.*[2] nexo **GLMN** flexo *Scal.*[1] || **363** primum **b** -mo **O**^{v} | apto *Hous.*[98]

365 hunc subeunt Haedi claudentes sidere pontum,
nobilis et mundi nutrito rege Capella,
cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum
lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi.
hanc ergo aeternis merito sacravit in astris
370 Iuppiter et caeli caelum mercede rependit.
[Pleiadesque Hyadesque, feri pars utraque Tauri,
in borean scandunt. haec sunt aquilonia signa]
Aspice nunc infra solis surgentia cursus
quae super exustas labuntur sidera terras;
375 quaeque inter gelidum Capricorni sidus et axe
imo subnixum vertuntur lumina mundum,
altera pars orbis sub quis iacet invia nobis
ignotaeque hominum gentes nec transita regna
commune ex uno lumen ducentia sole
380 diversasque umbras laevaque cadentia signa
et dextros ortus càelo spectantia verso.
nec minor est illis mundus nec lumine peior,
nec numerosa minus nascuntur sidera in orbem.
cetera non cedunt: uno vincuntur in astro,
385 Augusto, sidus nostro qui contigit orbi,
legum nunc terris post caelo maximus auctor.
cernere vicinum Geminis licet Oriona
in magnam caeli tendentem bracchia partem
nec minus extento surgentem ad sidera passu,
390 singula fulgentis umeros cui lumina signant
et tribus obliquis demissus ducitur ensis,
at caput Orion excelso immersus Olympo
per tria subducto signatur lumina vultu.
[non quod clara minus sed quod magis alta recedant]
395 hoc duce per totum decurrunt sidera mundum.
subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
qua nullum terris violentius advenit astrum

365 hunc **L^2MN** (*cf. 4, 329; 5, 357*) tunc **GL** | sidere **GL** -ra **MN** || **366** nobilis **G** nub- **LMNV** || **368** lactifero **N** | tonantis **V** || **371–372** *del. Bent.* || **371** yades (*om.* -que) **N** || **375** inter *Hous.*[1] intra **O** | sidus et **GLN** siciubet **M** | axe *Scal.*[2] -em **O** || **376** lumina **LMN** sidera **G** (*ex 374*) | mundum **G** -do **LMN** || **377** iacet **LMN**: *om.* **G** || **378** gentes nec **GLM** genus **N** || **380** laeua **MN^2** -am **GLN** || **381** caelos peccancia **MN** || **383** orbem *Bent.* orbe **O** || **385** qui *Bent.* quod **O** || **386** *del. Breiter*[2] *195* (*una cum* **385**) | legum *Hous.*[1] caesar **O** || **388** pandentem *Bent.* || **389** ad **MN**: *om.* **GLV** in *tempt. Hous.*[98] || **391** dimissus **MN** || **392** [Orion] excelso vix ille *Bailey*[2] *162* | immersus **d** immensus **O** || **393** signatur **GLN** -antur **M** || **394** *del. Hous.*[98] | recedunt *Manitius* || **396** rabido **l**

nec gravius cedit. nunc horrida frigore surgit,
nunc vacuum soli fulgentem deserit orbem:
400 sic in utrumque movet mundum et contraria reddit.
hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu,
montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
eventus frugum varios et tempora discunt,
quaeque valetudo veniat, concordia quanta.
405 bella facit pacemque refert, varieque revertens
sic movet, ut vidit, mundum vultuque gubernat.
magna fides hoc posse color cursusque micantis
ignis ad os. vix sole minor, nisi quod procul haerens
frigida caeruleo contorquet lumina vultu.
410 cetera vincuntur specie, nec clarius astrum
tinguitur oceano caelumque revisit ab undis.
tum Procyon veloxque Lepus; tum nobilis Argo
in caelum subducta mari, quod prima cucurrit,
emeriti magnis mundi tenet alta periclis,
415 servando dea facta deos. cui proximus Anguis
squamea dispositis imitatur tegmina flammis;
et Phoebo sacer ales et una gratus Iaccho
Crater et duplici Centaurus imagine fulget,
pars hominis, tergo pectus commissus equino.
420 ipsius hinc mundo templum est, victrixque solutis
Ara nitet sacris, vastos cum Terra Gigantas
in caelum furibunda tulit. tum di quoque magnos
quaesivere deos; eguit Iove Iuppiter ipse,
quod poterat non posse timens, cum surgere terram
425 cerneret, ut verti naturam crederet omnem,
montibus atque altis aggestos crescere montes,
et iam vicinos fugientia sidera colles
arma importantis et rupta matre creatos,
discordis vultum permixtaque corpora partus.
430 nec di mortiferum sibi quemquam ⟨aut⟩ numina norant

398 nunc *Breiter*[1] nec **O**[v] | surgit **LMN** saeuit **G** || *post* **398** *habent codices 443 sqq.: vide ad 355* || **399** nunc *Breiter*[1] ne **M** nec **N** haec **GLV** | soli *Hous.*[98] -is **O** || **400** *del. Bailey*[2] *163 ut ex 406 confictum* || **401** qui **GMN** quam **LV** || **403** discunt *Bent.* dic- **LMN** duc- **G** || **408** ignis ad os *Hous.*[98] in radios **O** || **412** lepus **LMN** lupus **G** || **414** emeriti ... mundi *Watt* -um ... -um **O** | alta *Watt* acta **O** ante *Hous.*[1] || **416** imitatur **GL** mutatur **N** nutantur **M** | tegmina *sibi diffidens Breiter, Bailey*[2] *163* lumina **O** tergora *Bent.* || **417** iacho **N** || **420** hinc **GLN** hic **M** || **422** tum di *Scal.*[1] tumidi **O** || **423** eguit Ioue *Hous.*[03] escurcione **M** dubitauit **GLN** || **425** ut *Hous.*[98] et **O** || **426** altis *Ellis 9* aliis **O** | adgressos **M** || **427** iam **N**, *Bent.* tam **GLM** || **428–429** *del. Bent.* || **428** creatos **L**[2]**MN** criatos **L** coactos **G** || **429** vultum *Gron.*[5] -tu **O** || **430** di morti- *Goold*[2] *106* -dum hosti- **O**[v] (pesti- *Scal.*[2] *in notis* hostem fieri *Hous.*[98]) | aut *Jacob*: *om.* **O**

siqua forent maiora suis. tunc Iuppiter Arae
sidera constituit, quae nunc quoque máxima fulget.
quam propter Cetos convolvens squamea terga
orbibus insurgit tortis et fluctuat alvo,
435 [intentans similem morsum iam iamque tenenti]
qualis ad expositae fatum Cepheidos undis
expulit adveniens ultra sua litora pontum.
tum Notius Piscis venti de nomine dictus
exsurgit de parte Noti. cui iuncta feruntur
440 flexa per ingentis stellarum Flumina gyros:
alterius capiti coniungit Aquarius undas,
⟨alter ab exserto pede profluit Orionis⟩
amnis; et in medium coeunt et sidera miscent.
His inter solisque vias Arctosque latentis,
axem quae mundi stridentem pondere torquent,
445 orbe peregrino caelum depingitur astris,
quae notia antiqui dixerunt sidera vates.
ultima, quae mundo semper volvuntur in imo,
quis innixa manent caeli fulgentia templa,
nusquam in conspectum redeuntia cardine verso,
450 sublimis speciem mundi similisque figuras
astrorum referunt. aversas frontibus Arctos
uno distingui medias claudique Dracone
credimus exemplo, quia mens fugientia visus
hunc orbem caeli vertentis sidera cursu
455 tam signo simili fultum quam vertice fingit.
Haec igitur magno divisas aethere sedes
signa tenent mundi totum deducta per orbem.
tu modo corporeis similis ne quaere figuras,
omnia ut aequali fulgentia membra colore
460 deficiat nihil aut vacuum qua lumine cesset.

431 tunc iup(p)iter **GLN** orauit et **M** || **432** fulget **d** -ent **O** || **433** quem *Garrod*[2] *130, Naiden et Householder* | propter] contra *tempt. Hous.*[32], *sed Bestiam et Cetos neglegenter confundit poeta* | cetus **GL** coetus **N** coeptos **M** | contorquens **V** || **435** *del. Bent. et dubitanter post 5, 233 transp.* | similem morsum **M** morsum (-su **L**) similis **GLNV** || **438–442** *post* **432** *Garrod*[2] *130, Naiden et Householder, olim Goold*[2] *107* || **439** iuncta **d** cuncta **O** || **441** alterius **GM** ult- **LNV** || *post* **441** *lacunam suppl. Hous.*[5] || *post* **442** *habent codices 355–398: vide ad 355* || **448** innixa **w** innexa **O** | templa **LMN** signa **G** || **449** conspectum **L**^{2} conspcum **N** -ectu **GLM** || **450** speciem **MN** -ie **GLV** || **451** aversas *Hous.*[98] et uersas **O** || **452–455** *del. Bent.* || **453** quia mens fugientia *Scal.*[1] quamuis fulgentia **O** || **455** tam signo *Hous.*[98] cardine tam **O** | fingit **u** pingit **O** || **456** hoc **N** || **459** omnia ut **GM**^{2} omni aut **LNV** omnia aut **M** || **460** aut *Bent.* et **O** | qua **GLM** quia **Ne** quid *Bent.* | cesset **rw** -it **O**^{v}

non poterit mundus sufferre incendia tanta,
omnia si plenis ardebunt sidera membris.
quidquid subduxit flammis, natura pepercit
succubitura oneri, formas distinguere tantum
465 contenta et stellis ostendere sidera certis.
linea designat species, atque ignibus ignes
respondent; media extremis atque ultima summis
creduntur: satis est si se non omnia celant.
praecipue, medio cum luna implebitur orbe,
470 certa nitent mundo tum lumina: conditur omne
stellarum vulgus; fugiunt sine nomine turba.
pura licet vacuo tum cernere sidera caelo,
nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur.
Et, quo clara magis possis cognoscere signa,
475 non varios obitus norunt variosque recursus,
certa sed in proprias oriuntur singula luces
natalesque suos occasumque ordine servant.
nec quicquam in tanta magis est mirabile mole
quam ratio et certis quod legibus omnia parent.
480 nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errans
laxius aut brevius mutatove ordine fertur.
quid tam confusum specie, quid tam vice certum est?
Ac mihi tam praesens ratio non ulla videtur,
qua pateat mundum divino numine verti
485 atque ipsum esse deum, nec forte coisse magistra,
ut voluit credi, qui primus moenia mundi
seminibus struxit minimis inque illa resolvit;
e quibus et maria et terras et sidera caeli
aetheraque immensis fabricantem finibus orbes
490 solventemque alios constare, et cuncta reverti
in sua principia et rerum mutare figuras.
quis credat tantas operum sine numine moles
ex minimis caecoque creatum foedere mundum?
si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet.

463 flammis **O** sibimet (*cum* pepercit) *Bent.* || 464 oneris **N** | distinguere **u** disiungere **O**^{v} || 467 se spondent *Bailey 81* | media **b** -ae **O** || 470 tum *Postgate 22* cum **O** | lumina **M** luna **GLN** | conditur **L**^{2}**MN** ced- **L** caed- **G** || 471 fugiunt **O**: *fortasse* fugit et | turba *Bent.* (*coll. 5, 737*) signa **O** | nisi nomine dignae *Hous.*^{98} || 472 pura *Scal.*^{1} plura **O** || 474 quo **GL**^{2}**MN** quod **L** || 476 singula *Bent.* sidera **O** || 480 errans *Müller*^{2} *189* -ant **M** -at **GLN** || 481 laxius **GLNV** partibus **M** | aut **d** et **O** | brevius *Bent.* leuius **O** || 484 qua **M** quam **GLN** || 488 e quibus **N** e quis **GLMN**^{2} (*cf. 1, 261; 4, 808; praeterea 2, 657; 3, 88; 4, 700*) || 489 immensis *Bent.* -os **O** || 492 quid **N** | credat **GL**^{2}**N** -as **L** -it **M** | molas **N** || 493 caeco **GLN** celo **M**

495 at cur dispositis vicibus consurgere signa
et velut imperio praescriptos reddere cursus
cernimus ac nullis properantibus ulla relinqui?
cur eadem aestivas exornant sidera noctes
semper et hibernas eadem, certamque figuram
500 quisque dies reddit mundo certamque relinquit?
iam tum, cum Graiae verterunt Pergama gentes,
Arctos et Orion adversis frontibus ibant,
haec contenta suos in vertice flectere gyros,
ille ex diverso vertentem surgere contra
505 obvius et toto semper decurrere mundo.
temporaque obscurae noctis deprendere signis
iam poterant, caelumque suas distinxerat horas.
quot post excidium Troiae sunt eruta regna!
quot capti populi! quotiens fortuna per orbem
510 servitium imperiumque tulit varieque revertit!
Troianos cineres in quantum oblita refovit
imperium! fatis Asiae iam Graecia pressa est.
saecula dinumerare piget, quotiensque recurrens
lustrarit mundum vario sol igneus orbe.
515 omnia mortali mutantur lege creata,
nec se cognoscunt terrae vertentibus annis
exutas variam faciem per saecula ferre.
at manet incolumis mundus suaque omnia servat,
quem neque longa dies auget minuitque senectus
520 nec motus puncto curvat cursusque fatigat;
idem semper erit quoniam semper fuit idem.
non alium videre patres aliumve nepotes
aspicient. deus est, qui non mutatur in aevo.
numquam transversas solem decurrere ad Arctos
525 nec mutare vias et in ortum vertere cursus
auroramque novis nascentem ostendere terris,
nec lunam certos excedere luminis orbes

496 reddere **GLN** credere **M** || **501** iam **GLMN** nam **V** | graia euerterunt **MN** | pergama **GLN** per magna **M** || **505** mundo **G**[2]**LMN** caelo **G** || **507** poterant **LMN** -at **G** || **510** -que[1] *om.* **N** || **514** lustrarit **GN** -ri **M** -ret **L** -rat **L**[2] || **516** terrae uert- **GL** terra euert- **MN** | annis **GLN** -os **M** || **517** exutas (-ae **V** excultas *Bailey 81*) uariam **GLN** iunariam exutam **M** | variant faciem *Scal.*[1] variantque vicem *Hous.*[1] (variamque vicem . . . agentes *Hous.*[32]) | ferre *Goold*[2] *110* gentes **GL** g's **M** genus **N**: *fortasse* saecla (N) gerentes || **519** quem *Gron.*[2] *II 5 tacite* que **MN** quae **GL** | nec **O** (neque *1, 137. 182. 212; 2, 55. 78. 131. 665; 3, 301; 4, 89. 110; 5, 719; 4, 65 excipiendum*) || **520** puncto **L**[2]**MN** ponto **GL** -ti **V** | curuat **GMN** currat **L** curat **V** || **521** idem[2] **G** isdem **LMNV**

sed servare modum, quo crescat quove recedat,
nec cadere in terram pendentia sidera caelo
530 sed dimensa suis consumere tempora gyris,
non casus opus est, magni sed numinis ordo.
Haec igitur texunt aequali sidera tractu
ignibus in varias caelum laqueantia formas.
altius his nihil est; haec sunt fastigia mundi;
535 publica naturae domus his contenta tenetur
finibus, amplectens pontum terrasque iacentis.
omnia concordi tractu veniuntque caduntque,
qua semel incubuit caelum versumque resurgit.
805 sunt alia adverso pugnantia sidera mundo,
806 quae terram caelumque inter volitantia pendent,
807 Saturni, Iovis et Martis Solisque, sub illis
808 Mercurius Venerem inter agit Lunamque volatus.
539 Ipse autem quantum convexo mundus Olympo
540 obtineat spatium et quantis bis sena ferantur
finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt
claustra nec immensae moles caecive recessus;
omnia succumbunt, ipsum est penetrabile caelum.
nam quantum terris atque aequore signa recedunt,
545 tantum bina patent. quacumque inciditur orbis
per medium, pars efficitur tum tertia gyri
exiguo dirimens solidam discrimine summam.
summum igitur caelum bis bina refugit ab imo
astra, bis e senis ut sit pars tertia signis.
550 sed quia per medium est tellus suspensa profundum,
binis a summo signis discedit et imo.
hinc igitur quodcumque supra te suspicis ipse,
qua per inane meant oculi quaque ire recusant,
binis aequandum est signis; sex tanta rotundae
555 efficiunt orbem zonae, qua signa feruntur
bis sex aequali spatio texentia caelum,
ne mirere vagos partus eadem esse per astra

530–565 (*additis in* **M** *565 A et iterum scr. 567; in* **N** *tantum 565 A*) *post 566–611* **O**: **530–563** *huc Scal.*[1], *deletis* **564–565** || **530** gyris *Hous.*[1] signis **O** || **533** uarias caelum **L**[2]**MN** caelum uarias **GLV** || **535** contenta **GL** ē tecta **M** cum tecta **N** || **805–808** *ante* **539** *Hous.*[5] || **805** alia aduerso **GL** -io -sa **M** || **808** volatus *Postgate 7* locatus **O** || **540** et **MN**, *Breiter*[2] *418*: *om.* **GL** | feratur **N** || **542** caecive *Bent.* caeduntque **GL** ceduntque **MN** || **544** terris **MN** a terris **GL** (*cf. 2, 355; 4, 632: contra 3, 199*) || **549** bis e *Ellis 11* bis **GLMV** e bis **N** *Bent.* || **552** hinc igitur **GLN** hac geritur **M** || **553** qua **GN** quia **L** que **M** | quaque **GL**[2]**N** quique **L** queque **M** quoque **V** || **554** tanta **GL**[2]**V** -tam **L** -te **MN** || **557** ne **q** nec **O**

et mixtum ingenti generis discrimine fatum,
singula cum tantum teneant tantoque ferantur
tempore, sex tota surgentia sidera luce
560 ⟨nec spatio noctis linquentia plura profundum.⟩
560 A Restat ut aetherios fines tibi reddere coner
filaque dispositis vicibus comitantia caelum,
per quae derigitur signorum flammeus ordo.

* * * * *

565 B ⟨primus et aetheria succedens proximus arce⟩
566 circulus ad borean fulgentem sustinet Arcton
sexque fugit solidas a caeli vertice partes.
alter ad extremi decurrens sidera Cancri,
in quo consummat Phoebus lucemque moramque
570 tardaque per longos circumfert lumina flexus,
aestivum medio nomen sibi sumit ab aestu,
temporis et titulo potitur, metamque volantis
solis et extremos designat fervidus actus,
et quinque in partes aquilonis distat ab orbe.
575 tertius in media mundi regione locatus
ingenti spira totum praecingit Olympum
parte ab utraque videns axem, qua lumine Phoebus
componit paribus numeris noctemque diemque
veris et autumni currens per tempora mixta,
580 cum medium aequali distinguit limite caelum;
quattuor et gradibus sua fila reducit ab aestu.
proximus hunc ultra brumalis nomine limes
ultima designat fugientis limina solis,
invida cum obliqua radiorum munera flamma
585 dat per iter minimum nobis, sed finibus illis,
quos super incubuit, longa stant tempora luce

558 fatum **GL** fetum **N** fetu **M** || **559** singula **GLN** signa **M** || *post* **560** *lacunam Jacob, qui* **566** *del.: codicis* **A** *rationes sex versus periisse demonstrant, quorum illum 566 antecedentem suppl. Hous.*[32]*: sensus sane fuit: 'disce primum de quinque circulis parallelis, qui ita caelum circumcurrunt ut a polis et a sese spatiis semper distent aequis; ne falsa decipiaris ratione, polum scito a polo triginta partes* (*sc. Eudoxeas*) *distare'* || **560 A** *suppl. Hous.*[32] (et longa totidem linquentia nocte profundum *Hous.*[1]) || **564–565** *quaere post* **611** || **571** aestiuum **GLN** -uo **M** (*propter* medio) || **572** metam **d** -ta **O** || **573** arctos **V** || **576** spira *Scal.*[1] spera (= sphaera) **O**, *quod pro vetere scriptura accipit Hous.*[1] || **577** qua *Hous.*[1] quo **O** (*unde* quo limite *Scal.*[2] *in notis*) || **580** limite **LMN** lumine **G** || **582** limes *Breiter*[3] *418, Ellis*[3] *271* timens **M** tingens **L** cingens **N** tangens **GL**[2] gaudens *Bent.* || **583** fugientis limina *Scal.*[1] fulgentis lumina **O** || **584** invida *Scal.*[1] cum *Bent.* inuiaque **O** || **585** numinum **N** | nobis **V** uobis **O**

vixque dies transit candentem extenta per aestum;
bisque iacet binis summotus partibus orbis.
unus ab his superest extremo proximus axi
590 circulus, austrinas qui stringit et obsidet Arctos.
hic quoque brumalem per partes quinque relinquit,
et, quantum a nostro sublimis cardine gyrus,
distat ab adverso tantundem proximus illi.
[sic per tricenas vertex a vertice partes
595 divisus duplici summa circumdat Olympum
et per quinque notat signantis tempora fines]
his eadem est via quae mundo, pariterque rotantur
inclines, sociosque ortus occasibus aequant,
quandoquidem flexi, quo totus volvitur orbis,
600 fila trahunt alti cursum comitantia caeli,
intervalla pari servantes limite semper
divisosque semel fines sortemque dicatam.
Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,
inter se adversi, qui cunctos ante relatos
605 seque secant gemino coeuntes cardine mundi
transversoque polo rectum ducuntur in axem,
tempora signantes anni caelumque per astra
quattuor in partes divisum mensibus aequis.
alter ab excelso decurrens limes Olympo
610 Serpentis caudam siccas et dividit Arctos
et iuga Chelarum medio volitantia gyro,
564 [circulus a summo nascentem vertice mundum
565 permeat Arctophylaca petens per terga Draconis,
565 A tangit et Erigonen, Chelarum summa recidit]
612 extremamque secans Hydram mediumque sub austris
Centaurum adverso concurrit rursus in axe,
et redit in caelum, squamosaque tergora Ceti
615 Lanigerique notat fines clarumque Trigonum
Andromedaeque sinus imos, vestigia matris,

587 candentem GL[2]N cadentem M || **590** austrinas b -us GLNV astrinu M | stringit GLN -et M || **594–596** *del. Hous.*[1] || **594** per tricenas *Bent.* tibi per binas O || **595** summa GL summam MN || **599** flexi *Hous.*[1] sexti GLN -to M secti qua *Bent.* || **601** seruantes b -tis O || **602** fines sortemque GL[2]MN sortem (-que *eras.*) finesque L per sortem fine V || **603** uertice uertex GLN -ite -ice M || **606** rectum GLN rerto M || **610** siccasset N || *inter* **611** *et* **612** *habent* GLM **530–565** (*in* M *additis* **565A** *et iterum script.* **567**: *in* N *addito* **565A**): *post* **529** *transp. Scal.*[1] *deletis* **564–565**, *quibuscum delendus est* **565 A** || **565** arthophilaca N || **565A** Erigonen *Hous.*[1] origenen M trigonē N | recidit N, *Ellis*[2] *357 n. 1* regidit M || **612** austris *Scal.*[1] astris O armis *Bent.* || **614** caelum MN, *Bent.* caetum G coet- LV || **616** imo N | uestigia L[2]MN fastigia GL

principiumque suum repetito cardine claudit.
alter in hunc medium summumque incumbit in axem
perque pedes primos cervicem transit et Ursae,
620 quam septem stellae primam iam sole remoto
producunt nigrae praebentem lumina nocti,
et Geminis Cancrum dirimit stringitque flagrantem
ore Canem clavumque Ratis, quae vicerat aequor,
inde axem occultum per gyri signa prioris
625 transversa atque illo rursus de limite tangit
te, Capricorne, tuisque Aquilam designat ab astris,
perque Lyram inversam currens spirasque Draconis
posteriora pedum Cynosurae praeterit astra
transversamque secat vicino cardine caudam:
630 hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus.
  Atque hos aeterna fixerunt tempora sede,
immotis per signa modis, statione perenni:
hos volucris fecere duos. namque alter ab ipsa
consurgens Helice medium praecidit Olympum
635 discernitque diem sextamque examinat horam
et paribus spatiis occasus cernit et ortus.
hic mutat per signa vices; et seu quis eoos
seu petit hesperios, supra se circinat orbem
verticibus super astantem mediumque secantem
640 caelum et diviso signantem culmine mundum,
642 cumque loco terrae caelumque et tempora mutat,
641 quando aliis aliud medium est. volat hora per orbem,
643 atque, ubi se primis extollit Phoebus ab undis,
illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis,
645 rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras:
nos primam ac summam sextam numeramus utramque
et gelidum extremo lumen sentimus ab igni.
alterius fines si vis cognoscere gyri,
circumfer facilis oculos vultumque per orbem.

617 claudit **GLN** dandis **M** || **619** sedes **N** | transit **GLN** pectus **M** fertur *Hous.*[5] pergit *Helm 144* | et *om.* **M** || **620–621** *om.* **M**, *add.* **M**^{2} *marg.* || **622** stringit fragrantem **M** || **623** canem **GLN** -um **M** || **627** spirasque **GLN** que spiras **M** || **628** preterit **MN** perterit **GLV** || **629** secat **GLN** cetat **M** || **630** unde **GLN** inde **M** || **631** hos *Hous.*[98] hoc **O**^{v} | aeterna **MNV** -am **GL** | his aeternam . . . sedem *Huet* || **635** sextamque examinat **GLN** que sextam exhuminat **M** || **637** et seu *Hous.*[1] seu si **O**^{v} nam seu *Bent.* | eoos **GLM**^{2} eos **N** edos **M** || **638** petit **GLN** parit **M** || **641** *bis in* **M** *scriptum, utrobique omisso* est, *post* **642** *Scal.*[1] || **644** tum **GL** cum **N** tamen **M** || **646** sextam **GL** sexta **N**^{m}: *om.* **MN** | utranque **G** -aque **LN** -oque **M**: *de* **V** *non liquet* || **647** extremo **GLN** -um **M** || **648** si uis **GLN** suos **M** | giri **GV** -is **LMN** || **649** uultumque **GLN** multum **M**

650 quidquid erit caelique imum terraeque supremum,
qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus
redditque aut recipit fulgentia sidera ponto,
praecingit tenui transversum limite mundum.
haec quoque per totum volitabit linea caelum,
655 nunc tractum ad medium vergens mundique tepentem
orbem, nunc septem ad stellas nec mota sub astra;
seu quocumque vagae tulerint vestigia plantae
has modo terrarum nunc has gradientis in oras,
semper erit novus et terris mutabitur arcus.
660 quippe aliud caelum ostendens aliudque relinquens
dimidium teget et referet, varioque notabit
fine et cum visu pariter sua fila movente.
[hic terrestris erit, quia terram amplectitur, orbis;
et mundum plano praecingit limite gyrus
665 atque a fine trahens titulum memoratur horizon]
His adice obliquos adversaque fila trahentis
inter se gyros, quorum fulgentia signa
alter habet, per quae Phoebus moderatur habenas
subsequiturque suo solem vaga Delia curru
670 et quinque adverso luctantia sidera mundo
exercent varias naturae lege choreas.
hunc tenet a summo Cancer, Capricornus ab imo,
bis recipit, lucem qui circulus aequat et umbras,
Lanigeri et Librae signo sua fila secantem.
675 sic per tris gyros inflexus ducitur orbis
rectaque devexo fallit vestigia clivo.
nec visus aciemque fugit tantumque notari
mente potest, sicut cernuntur mente priores,
sed nitet ingenti stellatus balteus orbe
680 insignemque facit lato caelamine mundum.
[et ter vicenas partes patet atque trecentas
in longum, bis sex latescit fascia partes
quae cohibet vario labentia sidera cursu]

650 terrae G -ra **LMN** || **653** transuersum **GLN** ad- **M** || **655** nunc **b** non O^{v} | tractum ... mundique tepentem *Hous.*^{98} tantum ... mediumque repente **O** || **656** nec *Salmasius*^{2} *464b D, Hous.*^{98} nunc **O** || **657** seu *Hous.*^{98} sed **O** | quocumque L^{r}**i** quae- **GLMV** qua- **N**, *Bent.* | tulerint **GLN** -unt **MV** || **658** oras **b** horas **O** || **661** teget *Scal.*^{2} -it **GMN** regit **L** | referet **N**, *Scal.*^{2} -fert **GLM** || **663–665** *del. Bent.* || **664** plano praecingit **GLNV** pleno praeducit **M** || **669** *om.* **M** | curru GL^{2} cursu **LNV** || **675** tres **GLN** terris **M** | ducitur **GL** dic- **MN** || **677** aciem que **N** || **680** lato caelamine *Garrod*^{2} *131* caelato lumine **O** || **681–683** *del. Hous.*^{98}

Alter in adversum positus succedit ad Arctos
685 et paulum a boreae gyro sua fila reducit
transitque inversae per sidera Cassiepiae,
inde per obliquum descendens tangit Olorem
aestivosque secat fines Aquilamque supinam
temporaque aequantem gyrum zonamque ferentem
690 solis equos inter caudam, qua Scorpios ardet,
extremamque Sagittari laevam atque sagittam,
inde suos sinuat flexus per crura pedesque
Centauri alterius rursusque ascendere caelum
incipit Argivumque ratem per aplustria summa
695 et medium mundi gyrum Geminosque per ima
signa secat, subit Heniochum, teque, unde profectus,
Cassiepia, petens super ipsum Persea transit
orbemque ex illa coeptum concludit in ipsa;
trisque secat medios gyros et signa ferentem
700 partibus e binis, quotiens praeciditur ipse.
nec quaerendus erit: visus incurrit in ipsos
sponte sua seque ipse docet cogitque notari.
namque in caeruleo candens nitet orbita mundo
ceu missura diem subito caelumque recludens,
705 ac veluti viridis discernit semita campos
quam terit assiduo renovans iter orbita tractu.
[inter divisas aequabilis est via partes]
ut freta canescunt sulcum ducente carina,
accipiuntque viam fluctus spumantibus undis
710 quam tortus verso movit de gurgite vertex,
candidus in nigro lucet sic limes Olympo
caeruleum findens ingenti lumine mundum.
utque suos arcus per nubila circinat Iris,
sic super incumbit signato culmine limes
715 candidus et resupina facit mortalibus ora,
dum nova per caecam mirantur lumina noctem
inquiruntque sacras humano pectore causas:

684 positus **d** -os **LMNV** -as **G**L^r || **685** a **MN** ab **L** ad . . . giros **G** || **686** transit **GLN** trans **M** | cassioepie **M** casiepie **GL** casepie **N** || **689** aequantem **GL**M^2 -anti **M** -ant **N** || **690** equos **GLN** -is **M** || **694** argiuum **G** arguum **LN** argunem **M** | aplustra (ampl- **M**) **MN** || **696–697** tunc, unde profectus, Cassiopen repetens *Hous.*[98] || **697** petens *om.* **M** || **703** que *om.* **N** || **704–706** *dist. Hous.*[1] || **704** missu radiem **M** missu radicem **N** | subito **GL** -um **MN** || **706** adciduo **N** | tractu **GLN** tactum **M** || **707** *del. Bent.* | diuisas G^2L^2 -is **O** | aequabilis **d** aequalibus **O** || **710** mouit **GLN** nouit **M** || **712** ceruleo **N** | findens L^2**MN** fingens **GLV** pingens *Bent.* || **716** caecam **GLN** tactam **M** | mirantur **V** uibrantur **GLMN**

num se diductis conetur solvere moles
segminibus, raraque labent compagine rimae
720 admittantque novum laxato tegmine lumen;
quid sibi non timeant, magni cum vulnera caeli
conspiciant feriatque oculos iniuria mundi?
an coeat mundus, duplicisque extrema cavernae
conveniant caelique oras et segmina iungant,
725 perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix
suturam faciens mundi, stipatus et orbis
aeriam in nebulam densa compagine versus
in cuneos alti cogat fundamina caeli.
an melius manet illa fides, per saecula prisca
730 illac solis equos diversis cursibus isse
atque aliam trivisse viam, longumque per aevum
exustas sedes incoctaque sidera flammis
caeruleam verso speciem mutasse colore,
infusumque loco cinerem mundumque sepultum?
735 fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis
Phaethontem patrio curru per signa volantem,
dum nova miratur propius spectacula mundi
et puer in caelo ludit curruque superbus
luxuriat nitido, cupit et maiora parente,
743 deflexum solito cursu, curvisque quadrigis
740 monstratas liquisse vias orbemque recentem
imposuisse polo, nec signa insueta tulisse
errantis meta flammas currumque solutum.
744 quid querimur flammas totum saevisse per orbem
terrarumque rogum cunctas arsisse per urbes?
cum vaga dispersi fluitarunt fragmina currus,
et caelum exustum est: luit ipse incendia mundus,
et vicina novis flagrarunt sidera flammis

718 diductis **V**, *Scal.*[1] de- **GLMN** || **719** segminibus *Scal.*[1] sem- **O** || **721** sibi *Gronovius teste Bent.* quasi **O** || **723** mundus **MN** munus (*?*) **V** mundum **GL** nondum *Ellis 17* || **724** onas **N** | segmina *Bent.* sidera **O** || **725** per quod **N** || **726** suturam *Flores* fusuram **O** || **727** densa *Goold*[2] *111* clara **O** crassa *Bent.* | *hoc versu, quo terminatur folium, desinit* **N** || **728** alti **GL** altique **M** || **729** *dist. Bent.* || **730** illac **GL** illa **M** || **732** ignotaque **V** || **733** mutasse **GL** mutasque **M** || **735** annis **GL** imis **M** || **736** curru **GL** cursu **M** || **737** propius **G** proprius **LM**, *ut 3, 228; 4, 726. 907* || **738** curru **G** -su **LM** || **739** nitido *Heinsius*[2] *273, Bent.* mundo **O** | parente **G** -em **L** patente **M** || **743** *ante* **740** *Postgate 6, del. Bent.* | curuis **GL** riuis **M** || **740** recentem *Scal.*[1] reg- **LM** rig- **GV** || **742** meta *Bent.* natu **LM** nutu **GL**[2] | currum **GL** -sum **M** || **744** quid **M**, *Bent.* quod **L** quo **GL**[2] | sciuisse **M** || **745–747** *dist. Scal.*[1] || **745** urbes **GL** orbes **M** || **746** fragmina *Bent.* lumina **GL** limina **M** || **747** luit **GL** ut **M** || **748** vicina novis *Bent.* noua uicinis **O**

nunc quoque praeteriti faciem referentia casus.
750 nec mihi celanda est vulgata fama vetusta
mollior, e niveo lactis fluxisse liquorem
pectore reginae divum caelumque colore
infecisse suo; quapropter lacteus orbis
dicitur, et nomen causa descendit ab ipsa.
755 an maior densa stellarum turba corona
contexit flammas et crasso lumine candet,
et fulgore nitet collato clarior orbis?
an fortes animae dignataque nomina caelo
corporibus resoluta suis terraeque remissa
760 huc migrant ex orbe suumque habitantia caelum
aetherios vivunt annos mundoque fruuntur?
atque hic Aeacidas, hic et veneramur Atridas,
Tydidenque ferum, terraeque marisque triumphis
naturae victorem Ithacum, Pyliumque senecta
765 insignem triplici, Danaumque ad Pergama reges,
⟨Hectoraque Iliacae gentis columenque decusque,⟩
Auroraeque nigrum partum, stirpemque Tonantis
rectorem Lyciae. nec te, Mavortia virgo,
praeteream, regesque alios, quos Thracia misit
770 atque Asiae gentes et Magno maxima Pella;
quique animi vires et strictae pondera mentis
prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis
census erat, iustusque Solon fortisque Lycurgus,
aetheriusque Platon, et qui fabricaverat illum
775 damnatusque suas melius damnavit Athenas,
Persidos et victor, strarat quae classibus aequor;
Romanique viri, quorum iam maxima turba est,
Tarquinioque minus reges et Horatia proles,
tota acies partus, nec non et Scaevola trunco

749 referentia **MV** reserentia **L** -antia **GL**^{2} || **750** v. fama vetusta *Hous.*[98] famae u. uetustas **O** || **751** e *om.* **M** || **752** diuum **GL** dominum **M** || **755** densa **G** -at **LMV** || **756** contexit **L**^{2}**M** -uexit **GLV** | candet **GL** -ent **V** -or **M** || **758** nomina **G** -ne **LM** numina **L**^{2} || **760** -que **GL**^{2}: *om.* **LM** || **761** fruuntur **GL** fer- **M** || **763** titiden **M** titidem **GL** | ferum **GL** -unt **M** || **764** pilium **M** ilium **GL** iulum **V** || **766** castra ducum et caeli uictam (**GL** metam **M**)-que sub hectore troiam *dittographiam 2, 3 del. Scal.*[1] Assaracum atque Ilum totamque (tutamque *Müller*[2] *190*) sub Hectore Troiam *Bent.* || *ante* **767** *lacunam pos. et suppl. Hous.*[1] || **767** partum **GL** -ti **M** || **769** Thraecia *Hous.*[98] grecia **O** || **771–798** *nominativi* (Solon . . . proles Iulia) *leni anacolutho pro accusativis a* veneramur (**762**) *pendentibus ponuntur* (*Hous.*[1]) || **771** strictae pondera *Bent.* -as -re **O** | mentis **M**, *Bent.* -es **GL** || **774** platon et **b**^{2}**i** -o nec **O** || **776** quae *Gron.*[1] *254* on (= qu) **M** qui **GL** || **778** proles **GL** plures **M**

780 nobilior, maiorque viris et Cloelia virgo,
et Romana ferens, quae texit, moenia Cocles,
et commilitio volucris Corvinus adeptus
et spolia et nomen, qui gestat in alite Phoebum,
et Iove qui meruit caelum Romamque Camillus
785 servando posuit, Brutusque a rege receptae
conditor, et furti per bella Papirius ultor,
Fabricius Curiusque pares, et tertia palma
Marcellus Cossusque prior de rege necato,
certantes Decii votis similesque triumphis,
790 invictusque mora Fabius, victorque nefandi
Livius Hasdrubalis socio per bella Nerone,
Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum,
Pompeiusque orbis domitor per trisque triumphos
ante diem princeps, et censu Tullius oris
795 emeritus fasces, et Claudi magna propago,
Aemiliaeque domus proceres, clarique Metelli,
et Cato fortunae victor, fictorque sub armis
miles Agrippa suae, Venerisque ab origine proles
Iulia. descendit caelo caelumque replebit,
800 quod reget, Augustus, socio per signa Tonante,
cernet et in coetu divum magnumque Quirinum
⟨quemque novum superis numen pius addidit ipse,⟩
altius aetherii quam candet circulus orbis.
illa deis sedes: haec illis, proxima divum
804 qui virtute sua similes fastigia tangunt.
809 Nunc prius incipiam stellis quam reddere vires
signorumque canam fatalia carmine iura,

780 et Cloelia *Dulcinius* est et colia **M** eo colia **GL** eucolia **V** || **782** commilitio *Scal.*^{2} cum milicio **O**^{v} | coruinus adeptus **b** coruitus ademptus **GL** cor intus ademtus **M** || **784** camillus **L**^{2} -is **GL** cauillis **M** || **785** receptae **b** -ta **O** || **786** furti *Hous.*^{98} pirri **GL** phirri **M** || **787** pares **a** parens **GLV** patens **M** | tertia **GL** terra **M** || **788** -que *om.* **M** | necato **b** not- **GLV** nat- **M** || **789** decii **b** -que decii **GLM** -que deci **w** *fortasse recte* -que dei **V** || **790** Fabius *Bonon.* flauius **GLV** flammis **M** | nefandi *Bent.* necati **O** || **791** liuius **GL**^{2}**M** luuius **L** iunius **V** | hasdrubalis **GL**^{2} -ibalis **LM** || **792** -desque **V** || **793** per tris **L** per tres **GL**^{2} petris **M** || **794** diem *Bent.* deum **O** || **795** fasces *Bent.* caelum **O** -os **V** | Claudi *Scal.*^{2} claudii **G** -ia **LM** | *ut tollatur hiatus* tum Claudi *Burton*, et Claudi tua *Hous.*^{32} || **796** clarique metelli **GL** darit marelli **M** || **797** fictor *Hous.*^{5} matris **O** meritus (. . . / . . . suam) *Bailey 86* | armis **GL** aruis **M** ulnis *Bent.* || **798** ueneris **M** uentris **GL** || **799** *punctum post* Iulia *posuit Merkel* | replebit *Hous.*^{98} -uit **O** || **800** reget *Woltjer 22* -it **O** | regna **V** || **801** cernet *Woltjer 22* -it **O** | quirinum **LM** -ni **G** || *post* **801** *lacunam pos. et suppl. Hous.*^{98} || **802** candet **L**^{2} -it **GLM** || **803** deis *Bent.* deum **O** | diuum **G**^{2}**L** dium **G** dominum **M** || **804** fastigia *Hous.*^{1} uestigia **O** || **805–808** *ante* **539** *Hous.*^{5}, *del. Bent.* || **809** nunc (n̄c) *Bent.* c **LM** ac **GL**^{2}**V** hic **b**

implenda est mundi facies, corpusque per omne
quidquid ubique nitens vigeat quandoque notandum est.
sunt etenim raris orti natalibus ignes,
protinus et rapti. subitas candescere flammas
815 aera per liquidum natosque perire cometas
rara per ingentis viderunt saecula motus.
sive, quod ingenitum terra spirante vaporem
umidior sicca superatur spiritus aura,
nubila cum longo cessant depulsa sereno
820 et solis radiis arescit torridus aer,
apta alimenta sibi demissus corripit ignis
materiamque sui deprendit flamma capacem,
et, quia non solidum est corpus, sed rara vagantur
principia aurarum volucrique simillima fumo,
825 in breve vivit opus coeptusque incendia fine
subsistunt pariterque cadunt fulgentque cometae.
quod nisi vicinos agerent occasibus ortus
et tam parva forent accensis tempora flammis,
alter nocte dies esset, Phoebusque rediret,
830 immersum et somno totum deprenderet orbem.
tum, quia non una specie dispergitur omnis
aridior terrae vapor et comprenditur igni,
diversas quoque per facies accensa feruntur
lumina, quae ruptis exsistunt nata tenebris.
835 nam modo, ceu longi fluitent de vertice crines,
flamma comas imitata volat, tenuisque capillos
diffusos radiis ardentibus explicat ignis;
nunc prior haec facies dispersis crinibus exit,
et glomus ardentis sequitur sub imagine barbae;
840 interdum aequali laterum compagine ductus
quadratamve trabem fingit teretemve columnam.

812 nitens *Hous.*[2] (*ad 745*) -et **O** | notandum est *om.* **G** || **813** etenim *Bent.* etiam **O** | raris orti *Bent.* rarisorti **M** rari sorti (-is **V**) **GLV** | natalibus ignes *Bent.* natalis euntes (euentus **V**) **GLV** | natalibus . . . **814** subitas *om.* **M** || **814** *dist. Jacob* | flammas **L**[2] lammas **GLM** || **815** natos *Bent.* tractos **O** || **819** depulsa **GL** dis- **M** || **820** torridus **L**[2]**M** cordibus **GLV** || **821** apta **d** acta **GL** aera **M** icta (elementa) **V** | demissus *Reg.* di- **O** || **822** *om.* **V** || **825** coeptus *Hous.*[1] -ta **GLM** -to **V** | fine **L**[2]**M** -em **GL** || **826** cometae **GV** -ta **LM** || **829** Phoebus *Goold*[2] *112* caelum **O** (*quo servato post* immersum *distinguendum*) || **830** immersum *Scal.*[1] immensum **O** inversum *Breiter* | somno **O** -ni *Bailey*[2] *163* (*post* immersum *dist.*) | totum **O** positum *Hous.*[1] || **831** tunc **O** || **832** aridior **GL**[2] arr- **LM** || **833** *om.* **G** || **834** ruptis *Bailey 86* subitis **O** || **835** ceu **GL** seu **M** || **836** capillos **L**[2]**M** -us **G** -is **L** || **837** ignis **rw** -es **O** || **838** facies **LM** species **G** || **839** glomus *Bent.* globus **O** || **841** ue . . . ue **L** ue . . . ne **M** que . . . que **G**

quin etiam tumidis exaequat dolia flammis
procere distenta uteros, artosque capellas
mentitur parvas ignis glomeratus in orbes
845 hirta figurantis tremulo sub lumine menta,
lampadas et fissas ramosos fundit in ignes.
849 et tenuem longis iaculantur tractibus ignem
847 praecipites stellae passimque volare videntur,
cum vaga per liquidum scintillant lumina mundum
850 exsiliuntque procul volucris imitata sagittas,
ardua cum gracili tenuatur semita filo.
sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes
et penetrant terras Aetnamque minantur Olympo
855 et calidas reddunt ipsis in fontibus undas
ac silice in dura viridique in cortice sedem
inveniunt, cum silva sibi collisa crematur;
ignibus usque adeo natura est omnis abundans:
ne mirere faces subitas erumpere caelo
860 aeraque accensum flammis lucere coruscis
arida complexum spirantis semina terrae,
quae volucer pascens ignis sequiturque fugitque,
fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen
imbribus e mediis et caelum fulmine ruptum.
865 sive igitur ratio praebentis semina terrae
in volucris ignes potuit generare cometas;
sive illas natura faces obscura creavit
sidera per tenuis caelo lucentia flammas,
sed trahit ad semet rapido Titanius aestu
870 involvitque suo flammantis igne cometas
ac modo dimittit, sicut Cyllenius orbis
et Venus, accenso cum ducit vespere noctem,
saepe latent falluntque oculos rursusque revisunt;
seu deus instantis fati miseratus in orbem

842 delia **V** || **843** procere **GL** -ro **L²M** | uteros **GLM** -o **L²** | artos *Hous.*[98] partos **GLV** -as **M** parvas *Bent.* | capellas **M,** *Bent.* -os **LV** capillos **GL²** || **844** parvas *Hous.*[98] -is **GL** -os **L²M** | ignis *Scal.*[1] signis **O** | glomeratus **G** -ur **LM** || **845** tremulo . . . lumine **GL** tremido . . . limine **M** | menta *Bent.* menses **O** || **849** *ante* **847** *Hous.*[98] || **848** liquidum **a** mundum **M** nitidum **GL** || **849** tractibus *Bent.* crinibus **O** || **850** exiliunt *Bonincontrius* exurunt **O** excurrunt *Bent.* | procul **GL²**: *om.* **L** uiam **M** polum **V** || **851** ardua *Bonincontrius* arida **O** | tenuatur **GL²** -antur **LM** || **852** cunctis **GL²** -ti **LM** || **855** ipsis **GL** -as **M** || **863** cum **L²M** ne **GLV** || **864** e *Scal.*[2] *in notis* et **O** || **866** potuit *Scal.*[1] posuit **O**[v] || **867** obscura *Hous.*[98] ob cuncta **O** || **873** latent *Bent.* nitent **O**[v] sera nitens *Hous.*[98] || **874** miseratus **b** -ur **O**

875 signa per affectus caelique incendia mittit;
numquam futtilibus excanduit ignibus aether,
squalidaque elusi deplorant arva coloni,
et sterilis inter sulcos defessus arator
ad iuga maerentis cogit frustrata iuvencos.
880 aut gravibus morbis et lenta corpora tabe
corripit exustis letalis flamma medullis
labentisque rapit populos, totasque per urbes
publica succensis peraguntur iusta sepulcris.
qualis Erectheos pestis populata colonos
885 extulit antiquas per funera pacis Athenas,
alter in alterius labens cum fata ruebant,
nec locus artis erat medicae nec vota valebant;
cesserat officium morbis, et funera derant
mortibus et lacrimae; lassus defecerat ignis
890 et coacervatis ardebant corpora membris,
ac tanto quondam populo vix contigit heres.
talia significant lucentes saepe cometae:
funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
ardentis sine fine rogos, cum mundus et ipsa
895 aegrotet natura hominum sortita sepulcrum.
quin et bella canunt ignes subitosque tumultus
et clandestinis surgentia fraudibus arma,
externas modo per gentes ut, foedere rupto
cum fera ductorem rapuit Germania Varum
900 infecitque trium legionum sanguine campos,
arserunt toto passim minitantia mundo
lumina, et ipsa tulit bellum natura per ignes
opposuitque suas vires finemque minata est.
ne mirere gravis rerumque hominumque ruinas,
905 saepe domi culpa est: nescimus credere caelo.
civilis etiam motus cognataque bella
significant. nec plura alias incendia mundus
sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
arma Philippeos implerunt agmine campos,
910 vixque etiam sicca miles Romanus harena

876 ignibus **GL** ignis **M** || **877** elusi **b** effusi **O** || **882** urbes **GL**² orbes **LM** || **883** succensis **LM** -si **G** | iusta *Bent.* fata **O** | sepulchris **L**²**M** -ri **GL** || **884** ericteos **G** erectecos **LM** erictonicos **L**² || **887** medice **M** -ci **GL**² -cinae **L** || **891** uix **rw** uia **O** || **895** hominum *Wageningen*¹ omnium **M** nouum **GL** || **898** modo *'nuper' interpretatur Bühler 490 sq.* || **901** minitantia **G** mun- **L** imitancia **M** || **904** ne **M** nec **GL** | mirereque . . . rerum **M** || **910** -que **L**²**M**: *om.* **GLV**

ossa virum lacerosque prius super astitit artus,
imperiumque suis conflixit viribus ipsum,
perque patris pater Augustus vestigia vicit.
necdum finis erat: restabant Actia bella
915 dotali commissa acie, repetitaque rerum
alea et in ponto quaesitus rector Olympi,
femineum sortita iugum cum Roma pependit
atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro;
restabant profugo servilia milite bella,
920 cum patrios armis imitatus filius hostes
aequora Pompeius cepit defensa parenti.
sed satis hoc fatis fuerit: iam bella quiescant
atque adamanteis discordia vincta catenis
aeternos habeat frenos in carcere clausa;
925 sit pater invictus patriae, sit Roma sub illo,
cumque deum caelo dederit non quaerat in orbe.

LIBER SECVNDVS

Maximus Iliacae gentis certamina vates
et quinquaginta regum regemque patremque
Hectoraque Aeacidae victamque sub Hectore Troiam,
erroremque ducis totidem, quot vicerat, annis
⟨infestum experti dominum maris atque renato⟩
5 instantem bello geminataque Pergama ponto
ultimaque in patria captisque penatibus arma
ore sacro cecinit; patriam cui turba petentum,
dum dabat, eripuit, cuiusque ex ore profusos

911 artus **GL**^{2} arcus **L** ari **M** || **912** conflixit **GL** cum fluxit **M** || **913** -que **GL** quod **M** || **916** alea **G** lea **L** alia **M** || **917** Roma *Bent.* pompa **O** | pependit *Susius* rependit **O** || **918** flumina **V** || **920** imitatus **GL** -ur **M** || **923** adamantinis **V** | uincta **GL** mucra **M** || **924** aeternos **GL**^{2} -no **LM** || **925** sit . . . inuictus . . . sit **GL** sic . . . nuncius . . . sic **M** || **926** quaerat **GL** -it **M**

1 maximus **G** cax- **M** ax- **L** || **3** Hectoraque Aeacidae *Hous.*^{5} pectoraque Aeacii *Hous.*^{1} (*vel* Aeacidum *Hous.*^{2}) hectoreumque (haect- **GL**) facit **O**^{v} *hoc loco,* castra ducum et caeli *in dittographia 1, 766* Haemoniamque facem (*hoc Dulcinius*) *Barth* | uictam *in 1, 766* **GL**^{2} muictam **L** metam **M** tutam **O** *hic* || *post* **4** *lacunam, quam ipse suppl., Hous.*^{5} || **5** iactati pelago *Bent.* luctati remo *Hous.*^{1} instantis (*Fayus*) pelago *Pingré* | -que Pergama *Bent.*^{2} per agmina **O**^{v} || **6** captisque **L**^{2} captis **G** capitisque **LM** || **7** patriam *Bonincontrius* -ia **O**^{v} | cui *Gron.*^{1} *365* que **M** quae **GLV** | turba (cura *Hous.*^{1}) petentum *Hous.*^{2} iura petentem **O**^{v} Graecia septem *Bent.* || *inter* **7** *et* **8** omnia peruolitans **M** *ex 66* || **8** dabat **GL** -it **M** | profusos **LV** -us **M** -as **G**

omnis posteritas latices in carmina duxit
10 amnemque in tenuis ausa est deducere rivos
unius fecunda bonis. sed proximus illi
Hesiodus memorat divos divumque parentes
et chaos enixum terras orbemque sub illo
infantem et primos titubantia sidera cursus
15 Titanasque senes, Iovis et cunabula magni
et sub fratre viri nomen, sine matre parentis,
17 atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum,
23 silvarumque deos secretaque numina Nymphas.
19 quin etiam ruris cultus legesque notavit
20 militiamque soli, quod colles Bacchus amaret,
quod fecunda Ceres campos, quod Pallas utrumque,
22 atque arbusta vagis essent quod adultera pomis;
18 omniaque immenso volitantia lumina mundo,
24 pacis opus, magnos naturae condit in usus.
25 astrorum quidam varias dixere figuras,
signaque diffuso passim labentia caelo
in proprium cuiusque genus causasque tulere;
Persea et Andromedan poena matremque dolentem
solventemque patrem, raptamque Lycaone natam,
30 officioque Iovis Cynosuram, lacte Capellam
et furto Cycnum, pietate ad sidera ductam
Erigonen ictuque Nepam spolioque Leonem
et morsu Cancrum, Pisces Cythereide versa,
Lanigerum victo ducentem sidera ponto,
35 ceteraque ex variis pendentia casibus astra
aethera per summum voluerunt fixa revolvi.
quorum carminibus nihil est nisi fabula caelum
terraque composuit mundum quae pendet ab illo.
quin etiam ritus pastorum et Pana sonantem

9 latices **M**[2] latites **M** lances **GL** | duxit **LM** dix- **G** || **12** diuumque parentis **GL** dominumque potentis **M** || **14** cursus *Bechert* corpus **O** partus *Bent.* | primum . . . corpus **nr** || **15** iouis et **G** iuuisse **LMV** || **16** matre *Hug, Hous.*[1] fratre **O** patre *Scal.*[1] *in notis* || **18** *et* **23** *inter se transp. Hous.*[2] || **23** secreta *Hous.*[2] (sociata *Hous.*[1] *olim*) sacrata **O** | numina **GL** r- **M** fl- *Thomas*[2] *7* | nimphas **b** -is **O** lymphis *Breiter*[2] *197* templis *Dawson 161* || **19** notavit *Francius* -rit **G** rogarit **G**[2]**LM** -uit **b** || **21** Pallas *Bent.* bachus **O** || **22** adultera **GL** et ultra **M** || **18** immenso **G** inm- **L** uniuerso **M** | lumina **a** r- **M** n- **GL** || **28** Persea *Scal.*[1] persi **GL** parsi **M** | Andromeden poena *Bent.* -de (-dae **GL**[2])- as **O** || **29** solantemque **V** || **35** cetera **GL**[2] -as **LM** || **38** mundum *Hous.*[2] caelum **O** (*quo servato* **37** fabula mundus *Hous.*[1] *olim*) | quae pendet **GL** que dependet **M** || **39** ritus pastorum *Bent.* ritus pecorum **LV** pecorum ritus **GM**

40 in calamos Sicula memorat tellure creatus,
nec silvis silvestre canit perque horrida motus
rura serit dulcis Musamque inducit in aulas.
ecce alius pictas volucres ac bella ferarum,
ille venenatos angues aconitaque et herbas
45 fata refert vitamque sua radice ferentis.
quin etiam tenebris immersum Tartaron atra
in lucem de nocte vocant orbemque revolvunt
interius versum naturae foedere rupto.
omne genus rerum doctae cecinere sorores,
50 omnis ad accessus Heliconos semita trita est,
et iam confusi manant de fontibus amnes
nec capiunt haustum turbamque ad nota ruentem.
integra quaeramus rorantis prata per herbas
undamque occultis meditantem murmur in antris,
55 quam neque durato gustarint ore volucres,
ipse nec aetherio Phoebus libaverit igni.
nostra loquar, nulli vatum debebimus orsa,
nec furtum sed opus veniet, soloque volamus
in caelum curru, propria rate pellimus undas.
60 namque canam tacita naturae mente potentem
infusumque deum caelo terrisque fretoque
ingentem aequali moderantem foedere molem,
totumque alterno consensu vivere mundum
et rationis agi motu, cum spiritus unus
65 per cunctas habitet partes atque irriget orbem
omnia pervolitans corpusque animale figuret.
quod nisi cognatis membris contexta maneret
machina et imposito pareret tota magistro
ac tantum mundi regeret prudentia censum,
70 non esset statio terris, non ambitus astris,
erraretque vagus mundus standove rigeret,
nec sua dispositos servarent sidera cursus
noxque alterna diem fugeret rursumque fugaret,
non imbres alerent terras, non aethera venti

40 creatus **L**[2]**M** -is **GL** || **42** aulas *Hous.*[1] auras **O** antra *Bent.* arva *Scal.*[1] || **44** aconitaque et *Hous.*[2] hic nata per **O** hic gramina et *Bent.* || **45** sua **d** suam **O**[v] (*propter* vitam, *ne placeat* sua in *Ellis 28*) una *Bailey 86* || **46** immersum *Scal.*[1] inmensum **O** | Tartaron *Scal.*[1] atra *G. Voss, Haupt*[3] *583* tartaran atram **V** tartara natram **GL** (natum **L**[2]) t. nacta **M** || **50** Heliconos *Hous.*[2] -is **b** -es **O** || **52** nota **GL** uota **M** || **54** causamque **V** || **55** gustarint **GL**[2] -unt **LM** || **56** libauerit **b** libr- **GL**[2] liber- **LM** || **57** orsa *Dulcinius* ora **O**[v] || **69** censum *Scal.*[1] sensum **O** || **71** erraret . . . -ve *Oudendorp* (*1755*) *ap. Weber I xxi* haereret . . . -que **O**

75 nec pontus gravidas nubes nec flumina pontum
nec pelagus fontes, nec staret summa per omnis
par semper partes aequo digesta parente,
ut neque deficerent undae nec sideret orbis
nec caelum iusto maiusve minusve volaret.
80 motus alit, non mutat opus. sic omnia toto
dispensata manent mundo dominumque sequuntur.
hic igitur deus et ratio, quae cuncta gubernat,
ducit ab aetheriis terrena animalia signis,
quae, quamquam longo, cogit, summota recessu,
85 sentiri tamen, ut vitas ac fata ministrent
gentibus ac proprios per singula corpora mores.
nec nimis est quaerenda fides: sic temperat arva
caelum, sic varias fruges redditque rapitque,
sic pontum movet ac terris immittit et aufert,
90 atque haec seditio pelagus nunc sidere lunae
mota tenet, nunc diverso stimulata recessu,
nunc anni spatio Phoebum comitata volantem;
sic summersa fretis, concharum et carcere clausa,
ad lunae motum variant animalia corpus
95 et tua damna, tuas imitantur, Delia, vires;
tu quoque fraternis sic reddis curribus ora
atque iterum ex isdem repetis, quantumque reliquit
aut dedit ille, refers et sidus sidere constas;
denique sic pecudes et muta animalia terris,
100 cum maneant ignara sui legisque per aevum,
natura tamen ad mundum revocante parentem
attollunt animos caelumque et sidera servant
corporaque ad lunae nascentis cornua lustrant
venturasque vident hiemes, reditura serena.
105 quis dubitet post haec hominem coniungere caelo,
⟨cui, cupiens terras ad sidera surgere, munus⟩
eximium natura dedit linguamque capaxque

77 par *Molinius* pars **O**[v] || **78** sideret *Bent.* sidera **O**[v] | orbis **GLM** nobis **G**[2]**L**[2] et orbis **V** || **79** minusue **b** -que **O** || **83** etheriis *Bonincontrius* aeternis **O**[v] || **85** uitas **GV** -ta **LM** || **86** mentibus **V** || **87** nimis *Bent.* minus **GL** munus **M** || **89** ac terris **GL** a terra **M** || **90** sidere *Scal.*[2] -ra **O** || **91** tenet **V** -ent **GLM** | diuerso **a** diuiso **O**[v] || **92** spatio . . . uolantem **GL** spacium . . . uoluntatem **M** || **93** sic **M** si **GL** || **95** tua *Bent.* tum **M** cum **GLV** || **96** reddis **GL** recdes **M** | curribus **GL**[2]**M** cruribus **L** cursibus **V** cornibus *Scal.*[1] | reddis (regeris *Dawson 162*) sic oribus *Bullialdus 1* sic perdis in oribus *Bent.* || **97** reliquit **b**[2]**d** -iquis **V** -inquis **GLM** || **98** refers **d** -ert **O** | constas **G**, *Junius 43* -ans **LM** || *post* **105** *lacunam Jacob, exemplum suppl. Goold*: cui *deesse senserat Junius 43* || **106** eximium **GL** -mum **M**

ingenium volucremque animum, quem denique in unum
descendit deus atque habitat seque ipse requirit?
mitte alias artes, quarum est permissa facultas
110 invidiosa adeo, nec nostri munera census:
[mitto quod aequali nihil est sub lege tributum,
quo patet auctoris summam, non corporis, esse;
mitto quod certum est et inevitabile fatum
materiaeque datum est cogi sed cogere mundo]
115 quis caelum posset nisi caeli munere nosse,
et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est?
quisve hanc convexi molem sine fine patentis
signorumque choros ac mundi flammea tecta,
aeternum et stellis adversus sidera bellum
120 [ac terras caeloque fretum subiectaque utrisque]
cernere et angusto sub pectore claudere posset,
ni sanctos animis oculos natura dedisset
cognatamque sibi mentem vertisset ad ipsam
et tantum dictasset opus, caeloque veniret
125 quod vocat in caelum sacra ad commercia rerum?
127 quis neget esse nefas invitum prendere mundum
et velut in semet captum deducere in orbem?
sed, ne circuitu longo manifesta probentur,
130 ipsa fides operi faciet pondusque fidemque;
nam neque decipitur ratio nec decipit umquam.
rite sequenda via est ac veris credita causis,
eventusque datur qualis praedicitur ante.
quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
135 audeat et tantae suffragia vincere sortis?
Haec ego divino cupiam cum ad sidera flatu
ferre, nec in turba nec turbae carmina condam
sed solus, vacuo veluti vectatus in orbe

108 requirit **GL**^{2} -et **LMV** || **109** mitte **L**^{2}**M** -tet **L** -to **G** || **110** invidiosa *Hous.*^{2} infidos (-sid- **M**) **GLM** -as **V** || **111–114** *del. Jacob* (**112** *iam Bent.*) || **111** mitte **rsw** || **112** quo *Scal.*^{1} quod **O** | auctoris **V** -es **GLM** | summam **M**, *Scal.*^{2} -ma **GLV** || **114** -que *del.* **L**^{2} | datum **M** fatum **LV** sat **G** || **115** posset **G** -it **LM** | munere nosse *Gataker, Gron.*^{4} *I 11* munera nosset (nosc- **M**) **O** || **116** pars ipse *Scal.*^{1} pars ipsa **GL** ipsa pars **M** *omisso* qui. || **117** quisve *Bent.* atque **O** | sine **L**^{2}**M** nisi **GLV** | patentis *Scal.*^{2} par- **O** || **118** templa *Wakefield* || **120** *del. Scal.*^{1} || **121** posset **G** -it **LM** || **122** sanctos *Hous.*^{2} tantos **O** | animis **G** -mi **LM** || **123** sibi **ei** sui **O**^{v} || **126** *post* **270** *Hous.*^{2}, *del. Bent.* || **132** sequenda *Fayus* secunda **O** secanda **e** | arte secanda via est, a veris tradita causis *Bent.* || **134** ratum faciat **GL** faciat ratum **M** || **137** turba *Schrader teste Jacob*^{34} *7* -am **O** terram *Bent.* | condam **G** quondam **LM** || **138–141** *dist. Hous.*^{2} || **138** *om.* **V** | uectatus **GL**^{2} -ur **L** nectatus **M**

liber agam currus non occursantibus ullis
140 nec per iter socios commune regentibus actus,
sed caelo noscenda canam, mirantibus astris
et gaudente sui mundo per carmina vatis,
vel quibus illa sacros non invidere meatus
notitiamque sui, minima est quae turba per orbem.
145 illa frequens, quae divitias, quae diligit aurum,
imperia et fasces mollemque per otia luxum
et blandis diversa sonis dulcemque per aures
affectum, ut modico noscenda ad fata labore.
hoc quoque fatorum est, legem perdiscere fati.
150 Et primum astrorum varia est natura notanda
carminibus per utrumque genus. nam mascula sex sunt,
diversi totidem generis sub principe Tauro:
cernis ut aversos redeundo surgat in artus.
alternant genus et vicibus variantur in orbem.
155 Humanas etiam species in parte videbis,
nec mores distant: pecudum pars atque ferarum
ingenium facient. quaedam signanda sagaci
singula sunt animo, propria quae sorte feruntur:
nunc binis insiste; dabunt geminata potentis
160 per socium effectus. multum comes addit et aufert,
ambiguisque valent, quis sunt collegia, fatis
ad meritum noxamque. duos per sidera Pisces
et totidem Geminos nudatis aspice membris.
his coniuncta manent alterno bracchia nexu,
165 dissimile est illis iter in contraria versis.
par numerus, sed enim dispar natura notanda est.
atque haec ex paribus toto gaudentia censu
signa meant, nihil exterius mirantur in ipsis
amissumve dolent, quaedam quod, parte recisa
170 atque ex diverso commissis corpore membris,

139 liber *Bent.* (verbere) agam *Scal.*^{1} ubera tam **LMV** umbrato (curru) **GL**^{2} || **140** per iter **GLV** partim **M** | regentibus *Junius 44* ger- **O** || **141** mirantibus **GL**^{2} tyrantibus *mutatum in* gyr- **L** gir- **V** rexantibus **M** (*scriptum fuerat* irantibus) || **143** uel **GL** ut **M** || **145** frequens *Pingré* fluit **O**^{v}: *textus tamen servari potest, si excidit post 144 versus* (*Hous.*^{2}), *qualem suppl. Dawson 163* maior et effuso peragrans loca latius amne || **147** diversa *Scal.*^{2} aduersa **O** | blandos ad verba sonos *Scal.*^{1} || **153** aversos (-us *Scal.*^{1}) . . . artus *Bent.* aduersus . . . arcum **O** | redeundo *om.* **G** *relicto spatio* || **156** mores **G** -is **LM** || **157** quaedam *Bent.* quae iam **O** || **158–159** *dist. Bent.* || **158** sorte **L**^{2} f- **GLM** || **160** addit **GL**^{2} -et **LM** || **161** ambiguisque **M** -uusque **L** -uis **G** || **168** exterius mirantur **GL**^{2} exterminantur (-atitur **M**) **LM** || **169** amissum **b** adm- **O** | ue **LM** que **G** | dolent **GL**^{2} -ens **LMV** | quod **GL** que **M** || **170** diuerso **GL** ad- **M**

ut Capricornus et intentum qui derigit arcum
iunctus equo: pars huic hominis, sed nulla priori.
[hoc quoque servandum est alta discrimen in arte,
distat enim gemini duo sint duplane figura]
175 quin etiam Erigone binis numeratur in astris,
nec facies ratio duplex; nam desinit aestas,
incipit autumnus media sub Virgine utrimque.
idcirco tropicis praecedunt omnibus astra
bina, ut Lanigero, Chelis Cancroque Caproque,
180 quod duplicis retinent conexo tempore vires.
ut, quos subsequitur Cancer per sidera fratres,
e geminis alter florentia tempora veris
sufficit, aestatem sitientem provehit alter;
nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem,
185 ille senescentis veris, subeuntis at ille
aestatis: par est primae sors ultima parti.
quin etiam Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso
promittit, duplici formatus imagine fertur:
mitior autumnus mollis sibi vindicat artus
190 materiamque hominis, fera tergo membra rigentem
excipiunt hiemem mutantque in tempora signum.
quosque Aries prae se mittit, duo tempora Pisces
bina dicant: hiemem ⟨hic⟩ claudit, ver incohat alter.
cum sol aequoreis revolans decurrit in astris,
195 hiberni coeunt cum vernis roribus imbres.
utraque sors umoris habet fluitantia signa.
Quin tria signa novem signis coniuncta repugnant
et quasi seditio caelum tenet. aspice Taurum
clunibus et Geminos pedibus, testudine Cancrum
200 surgere, cum rectis oriantur cetera membris;

171 ut **GL** utque **L²** ut quae **M** | et *Breiter³ 419* et hic **G**: *om.* **LM** | intentum qui **M** qui int- **GL** || **172** hominis **M** oris **GLV** | priori **MV**, *Lannoius 46* -is **GL** || **173–174** *del. Bent.* || **174** -ne **GL** -ue **L²M** || **176** facies **b** -ie **O** || **177** utrimque **L²** -umque **GLM** || **180** retinent *Reg.* -et **O** || **181** ut **O** et **V** | quos *Reg.* quod **O** | per **GL²M** super **L** supra **V** || **182** e **M** et **GL** | ueris **d** uires **GL** uiris **M** || **184** calorem **G** colorem **LM** || **185** veris *Dulcinius* uires **O** | at *Scal.¹* et **O** || **186** aestatis **G** aetatis **L** aeratis **M** | par **M**, *Bent.* pars **GL** || **187** quin etiam *Bent.* nec iam **GLM** nec non **G²L²** || **189** artus **GL** arcus **M** || **190** hominis **M** oris **GL** | fera tergo **GL²** ferat ergo **L** fera ergo **M** | rigentem **GL** ferentem **M** || **191** mutant *Jacob* nunc iam **GL²** nuncia **LM** || **193** hic *add. Bent.* || **195** uernis **M** uertus **L** uer tunc **GL²** | roribus **d** roboris **O** || **196** sors humoris *Scal.²* sursum oris **O** | *fort.* regna *coll. 4, 353* || **197** quin *Scal.¹* quod **O** | coniuncta **GL²** quod iuncta **LM**

ne mirere moras, cum sol aversa per astra
aestivum tardis attollat mensibus annum.
Nec te praetereat nocturna diurnaque signa
quae sint perspicere et propria deducere lege,
205 non tenebris aut luce suam peragentia sortem
(nam commune foret nullo discrimine nomen,
omnia quod certis vicibus per tempora fulgent
et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur),
sed quibus illa parens mundi natura sacratas
210 temporis attribuit partes statione perenni.
namque Sagittari signum rabidique Leonis
et sua respiciens aurato vellere terga,
tum Pisces ⟨et⟩ Cancer et acri Scorpios ictu,
aut vicina loco, divisa aut partibus aequis,
215 omnia dicuntur simili sub sorte diurna.
cetera, vel numero consortia vel vice sedis,
interiecta locis totidem, nocturna feruntur.
quidam etiam sex continuis dixere diurnas
esse vices astris, quae sunt a principe signo
220 Lanigeri, sex a Libra nocturna videri.
sunt quibus esse diurna placet quae mascula surgunt,
femineam sortem tutis gaudere tenebris.
Quin non nulla tibi nullo monstrante loquuntur
Neptuno debere genus, scopulosus in undis
225 Cancer et effuso gaudentes aequore Pisces.
at, quae terrena censentur sidera sorte,
princeps armenti Taurus regnoque superbus
lanigeri gregis est Aries pestisque duorum
praedatorque Leo ⟨et⟩ dumosis Scorpios arvis.
230 sunt etiam mediae legis communia signa,

201 ne **LM** nec **G** | aversa *Scal.*[1] *in notis* adu- **O** || **203** praetereat **d** -ant **O** poeniteat *Reg.* || **204** diducere *Bailey 86* || **209** parens **GL**[2] pars **LMV** | sacratas *Scal.*[1] -ata est **O** || **211** rabidi **G** rapidi **L**[2]**M** -is **L**: rapidi *hic et 2, 550 def. Bailey 86 et 164*[2]*, monens Housmannum* rapidique Leonis *legisse ad Luc. 6, 337, locum non conferendum, ut vir magnus in adnotatione docet* || **213** tum *Reg.* tunc **V** (*quae forma in enumerando vitatur*) nunc **GLM** | et[1] *add.* **k** | acri *Scal.*[1] cancri **O** | scorpius **d** -on **O** || **216** vel . . . vel *Breiter*[2] *199* sex . . . vel *iam Fayus* nec . . . nec **O** || **218** quidam *Junius 49* quin **O** || **219** astris *Bent.* castris **O** || **220** libra **M** -is **GL** || **221** mascula *om.* **M** || **222** foemineam *Scal.*[1] -ea in **GL**[2]**M** -a **L** | sortem *Bent.* noctem **O** || **223** quin *Scal.*[1] quid **M** quod **GL** | tibi *Lannoius 49* sibi **O** || **225** aequore **d** in aequore **O** || **226** at *Bechert* . ut **O** et **V** sunt *Breiter*[2] || **228** pestis *Gron.*[2] *III 15* positi **GLV** -is **a** posid **M** hostis *Scal.*[1] || **229** et *add.* **q**

ambiguus tergo Capricornus, Aquarius undis,
233 umida terrenis aequali foedere mixta.
Non licet a minimis animum deflectere curis,
235 nec quicquam rationis eget frustrave creatum.
fecundum est proprie Cancri genus, acer et ictu
Scorpios, et partu complentes aequora Pisces.
sed sterilis Virgo est, simili coniuncta Leoni,
nec capit, aut captos effundit, Aquarius ortus.
240 inter utrumque manet Capricornus corpore mixto
et qui Cretaeo fulget Centaurus in arcu,
communisque Aries aequantem tempora Libram
et Geminos Taurumque pari sub sorte recenset.
Nec tu nulla putes in eo commenta locasse
245 naturam rerum, quod sunt currentia quaedam,
ut Leo et Arcitenens Ariesque in cornua tortus;
aut quae recta suis librantur stantia membris,
ut Virgo et Gemini, fundens et Aquarius undas;
vel quae fessa sedent pigras referentia mentes,
250 Taurus depositis collo sopitus aratris,
Libra sub emerito considens orbe laborum,
tuque tuos, Capricorne, gelu contractus in artus;
quaeve iacent, Cancer patulam distentus in alvum,
Scorpios incumbens plano sub pectore terrae,
255 in latus obliqui Pisces semperque iacentes.
Quod si sollerti circumspicis omnia cura,
fraudata invenies amissis sidera membris.
Scorpios in Libra consumit bracchia, Taurus
succidit incurvo claudus pede, lumina Cancro
260 desunt, Centauro superest et quaeritur unum.
sic nostros casus solatur mundus in astris
exemploque docet patienter damna subire,
omnis cum caelo fortunae pendeat ordo
ipsaque debilibus formentur sidera membris.

231 ambiguus **GL^2** -is **M** ambugius **L** | tergo *Hous.*^{00} (*ad 5, 418*) terrae **GLM** -is **V** || **232** *post 4, 489 Bent.* (*et vide ad 5, 537*), *olim post 2, 162 Hous.*^{1} (umori innantes fundentis semper Aquari) || **233** aequali *Scal.*^{1} atque illi (illic **V**) **O**^{v} | foedere *Junius 49* degere **GL** de genere **M** || **238** simili **GL^2** -is **LM** || **239** effundit **GL^2** et f- **LM** ecf- *Hous.*^{2} || **240** mixto **GL^2** -um **LMV** *fortasse* -us *Hous.*^{5} || **242** tempora **M**, *Scal.*^{1} -re **GL** || **244** te **V** | locasse *Bent.* uoc- **O** || **246** tortus **O**^{v} || **247** librantur **GM** -entur **L** || **252** tuos . . . artus *Hous.*^{2} tuo . . . astris **O** (*quo servato* tuis *Garrod*) || **253** quaeve *Breiter*^{2} *202* contra **LM** contrat **G** | iacent *Bent.* -et **O** || **254** plano **GL^2** -os **L** -ūs **M** | pectore **G** corpore **G^{2}LM** || **258** libram **V** || **259** incuruo **G** in curuo **LM** | pede **GL^2** per de **LM** per **V** | cancro **d** -ri **O** || **261** nostros **GL^2** -ro **LM**

265 Temporibus quoque sunt propriis pollentia signa:
aestas a Geminis, autumnus Virgine surgit,
bruma Sagittifero, ver Piscibus incipit esse.
quattuor in partes scribuntur sidera terna;
hiberna aestivis, autumni verna repugnant.
270 Nec satis est proprias signorum noscere formas
126 et privas quas dant leges nascentibus astra;
271 consensu quoque fata movent et foedere gaudent
atque aliis alia succedunt sorte locoque.
circulus ut dextro signorum clauditur orbe,
in tris aequalis discurrit linea ductus
275 inque vicem extremis iungit se finibus ipsa,
et, quaecumque ferit, dicuntur signa trigona,
in tria partitus quod ter cadit angulus astra
quae divisa manent ternis distantia signis.
Laniger ex paribus spatiis duo signa, Leonis
280 atque Sagittari, diverso conspicit ortu;
Virginis et Tauri Capricorno consonat astrum;
cetera sunt simili ratione triangula signa
per totidem sortes, desunt quae, condita mundo:
[sed discrimen erit dextris laevisque: sinistra
285 quae subeunt, quae praecedunt dextra esse feruntur;
dexter erit Tauro Capricornus, Virgo sinistra]
hoc satis exemplo est. at, quae divisa quaternis
partibus aequali laterum sunt condita ductu
quorum designat normalis virgula sedes,
290 haec quadrata ferunt. Libram Capricornus et illum
conspicit ante Aries atque ipsum a partibus aequis
Cancer et hunc laeva subeuntis sidera Librae.
semper enim ⟨in⟩ dextris censentur signa priora.
sic licet in totidem partes diducere cuncta
295 ternaque bis senis quadrata effingere signis,
quorum proposito reddentur in ordine vires.

268 terna *Fayus* terrae **O** || **269** autumni **d**, *Hous.*[1] -is **GL**[2]**M** -us **L** || **126** *post* **270** *Hous.*[2] | privas *Scal.*[2] *in notis* primas **GL** -ma **M** | quae (*versu post* **125** *retento, i. e. 'ad astra quae'*) *Dawson 163* || **272** alia *Bent.* -ae **O** | sorte **GL**[2] forte **G**[2] **LM** || **275** illa **V** || **277** partitus **M**, *Scal.*[2] -ur **GL** || **279** e *Scal.*[1] (ex *Ellis 41*) et **O** || **283** sortis *Scal.*[2] tortis **O**[v] partes *Scal.*[1] || **284–286** *del. Bent.* (*qui etiam* **283** desunt . . . **287** exemplo est) || **284** laevisque *Jacob*[34] *12* seu eusa **M** seu causa **GL** sinistris **V** scaevisque *Hous.*[1] || **286** dexter **GM** -era **LV** || **287** ad quae **GL** athuc **M** || **290** quadrata *Bent.* ta **O** (*fuit* □ ta) || **291** ante *Hous.*[2] hunc **GL** hinc **M**, *Lannoius 50* || **293** in *Hous.*[2]: *om.* **O** || **294** sic licet *Scal.*[1] scilicet **O** | diducere *Scal.*[1] *in adn.* de- **O** || **295** terna **x** terra **O** | quadrata **x** -te **O** | effingere *Lannoius 51* fringere **O**[v] fingere **L**[2] || **296** reddentur *Bent.* -untur **O**

Sed siquis contentus erit numerasse quadrata,
divisum ⟨ut⟩ signis mundum putet esse quaternis,
aut tribus ac binis signis ornare trigonum,
300 ut socias vires et amicos exigat ortus
foederaque inveniat mundi cognata per astra,
falsus erit. nam, quina licet sint undique signa,
qui tamen e trinis, quae quinto quoque feruntur
astra loco, fuerint nati, sentire trigoni
305 non poterunt vires: licet illud nomine servent,
amisere loco dotes numerisque repugnant.
nam, cum sint partes orbis per signa trecentae
et ter vicenae, quas Phoebi circuit ardor,
tertia pars eius numeri latus efficit unum
310 in tris perducti partes per signa trigoni.
hanc autem numeri non reddit linea summam,
si signum signo, non pars a parte notetur,
quod, quamvis duo sunt ternis dirimentibus astra,
si tamen extremam laevi primamque prioris
315 inter se conferre voles numerumque notare,
ter quinquagenas implebunt ordine partes;
transibit numerus formam finesque sequentis
consumet ductus. licet ergo signa trigona
dicantur, partes non servant illa trigonas.
320 haec eadem species fallet per signa quadrata
(quod, cum totius numeri, qui construit orbem,
ter denae quadrum partes per sidera reddant,
evenit ut, prima signi de parte prioris
si partem ad summam ducatur virga sequentis,
325 bis sexagenas faciat; sin summa prioris
et pars confertur subeuntis prima, duorum
signorum in medio numerum transique referque,
triginta duplicat partes, pars tertia derit);

298 ut *add. Scal.*[1] || **299** tribus ac binis *Hous.*[2] tria sub quinis **O** || **303** e trinis *Hous.*[1] ex signis **O** || **304** fuerint **GL**[2] (fuera **L**) -unt **M** | nati **G** -is **LMV** || **305** *Junio 51 et Fayo praeeuntibus dist. Bechert* | nomine **GL**[2] -na **LMV** || **308** ter uicenae **L**[2] tunc uicinae **GLM** || **310** perducti **L**[2] prae- **GLM** pro- *tempt. Hous.*[2] praedicti **V** || **312** ni **V** | signo *Goold* a signo **O** || **313** ternis (= iii) *Bent.* dirimentibus *Bonincontrius* adiri (andri **M**) mentibus **O** || **314** extremam *Reg.* -um **O** | -que **M**, *Bent.* -ue **GL**[2]: *om.* **L** || **315** uoles **L**[2]**M** -ens **GL** | numerum **GL**[2] -ri **LMV** || **316** per **V** || **321–328** *parenthesi inclusit Hous.*[2], *ante* **331** *transp. Hous.*[1] (*ut esset ordo 320 329 330* (. . . in illis) *684–686 321–328 331* . . .) || **322** denae *Hous.*[1] triginta (tringinta *ut alibi* **M**) **O** || **323** *post* **325** **G** | euenit **GL**[2] et uenit **LMV** || **325** sin **L**[2]**M** in **GLV** || **326** subeuntis *Garrod* subiunctis **O** -i *Reg.* || **327** transique referque *Hous.*[1] -itque -tque **O**

et, quamvis quartum a quarto quis computet astrum,
330 naufragium facient partes unius in ipsis.
non igitur satis est signis numerasse trigona
quadrative fidem quaeri per signa quaterna.
quadrati si forte voles effingere formam,
aut trinis paribus facies cum membra trigoni,
335 hic poscit quintam partem centesima summa,
illic amittit decimam. sic convenit ordo.
et, quiscumque quater iunctis favet angulus usque,
quaeque loca in triplici signarit linea ductu
cum sinuata viae linquet dispendia recta,
340 his natura dedit communi foedera lege
inque vicem affectus et mutua iura favoris.
342 quocirca non omnis habet genitura trigonis
345 consensum signis, nec, cum sunt forte quadrata,
continuo inter se servant commercia rerum.
distat enim, partes consumat linea iustas
detrectetne modum numeri, quem circulus ambit,
nunc tris efficiens, nunc quattuor undique ductus,
350 quos in plura iubet ratio procedere signa
interdum, quam sunt numeris memorata per orbem.
  Sed longe maior vis est per signa trigoni
quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.
altior est horum summoto linea templo,
355 illa magis vicina meat caeloque recedit
et propius terras accedit visus eorum
aeraque infectum nostras demittit ad auras.
  Debilia alternis data sunt commercia signis,
mutua nec magno consensu foedera servant,
360 invita angusto quod linea flectitur orbe.
nam, cum praeteriens formatur singula limes
sidera et alterno devertitur angulus astro

329–330 et . . . facient **O** ut . . . faciant *Bailey 86, fortasse recte* || *post* **330** *transp.* **684–686** *Hous.*[1] || **331** trigona **M**, *Scal.*[1] -as **GL** || **332** quaeri *Bent.* caeli **O** | quaterna **LM** quadrata quaterna **G** || **337–341** *ut hic alienos post* **395** *Bailey*[2] *164* || **337** iunctis *Scal.*[1] (-us *Reg.*) cunctis **O** || **338** signarit **GL**[2] -et **LM** -at **V** || **339** sinuata *Pingré* signata **O** | recta **GL** tecta **M** || **342** trigonis **LM** -os **GL**[2] || **343** (consensum **V**) –**344** (trigona **V**) (=**318–319**) *om.* **a**, *del. Scal.*[1] || **345** nec **GL**[2] ne **L** ue **M** || **346** continuo **d** -ua **O** || **347** enim *Bent.* enim an **O** || **348** ne *Bent.* que **O** || **349** efficiens *Scal.*[1] *Hous.*[1] -et **O** -at *Scal.*[2] || **350** iubet **d** iuuet **O** || **355** recedit **GL** credit **M** || **357** infectum **GL**[2] ineffectum **LM** | demittit **rw** di- **O** (dimittit noster **V**) || **358** *om.* **V** | debilia *Jacob* deuiaque **G**[2]**L**[2] diuiaque **LM** dubiaque **G** at dubia *Bent.* || **361** praeteriens *Hous.*[1] praedales **LMV** per tales **GL**[2] | formatur *Ellis 46, Hous.*[1] -antur **O**

sexque per anfractus curvatur virgula in orbem,
a Tauro venit in Cancrum, tum Virgine tacta
365 Scorpion ingreditur, tum te, Capricorne, rigentem
et geminos a te Pisces aversaque Tauri
sidera contingens finit, qua coeperat, orbem.
alterius ductus locus est per transita signa,
utque ea praetereas quae sunt mihi singula dicta,
370 flexibus et totidem similis sit circulus illi.
374 tertia convexo conduntur signa recessu;
371 transversos igitur fugiunt subeuntia visus,
quod nimis inclinata iacent limisque videntur
373 vicinoque latent: ex recto certior ictus.
375 et, quia succedit convexo linea caelo,
singula circuitu quae tantum transeat astra,
visus eis procul est altoque vagatur Olympo
et tenuis vires ex longo mittit in orbem.
sed tamen est illis foedus sub lege propinqua,
380 quod non diversum genus est coeuntibus astris,
mascula sed maribus respondent, cetera sexus
feminei secum iungunt commercia mundi.
sic, quamquam alternis, par est natura figuris,
et cognata iacent generis sub legibus astra.
385 Iam vero nulla est haerentibus addita signis
gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.
in seducta ferunt animos, quae cernere possunt.
sunt etiam adversi generis conexa per orbem
mascula femineis semperque obsessa vicissim.
390 [disparibus non ulla datur concordia signis]
Sexta quoque in nullas numerantur commoda vires,
virgula per totum quod par non ducitur orbem

363 curuatur **GL**^{2} -antur **LMV** || **365** tum *Bent.* quo **O**^{v} dein *Anon. Ell.* | rigentem **GL** reg- **M** || **366** aversaque Tauri *Huet* adu- -ro **O** || **368** *post* **369** **G** | alterius **M** alternis **GLV** | est *Anon. Ell.* et **O** || **370** sit **L**^{2} it **G** in **LM** fit **b** | illi *Fayus* -is **O** || **374** *ante* **371** *Hous.*^{1}, *ante* **358** *Scal.*^{1}, *del. Bent.* | convexo *Bonincontrius* -uerso **GL** cũuerso **M** connexo *Scal.*^{2} *in notis* ('*Error a vetere scriptura: -cso pro -xo*') || **372** nimis **GL**^{2} nemis **LM** | inclinata iacent *Hous.*^{1} -ata cue **M** -at ac ne **L**^{2} -at anne **GL** -ant aciem *Reg.* || **375** quia **M** que **L** quae **GL**^{2} || **377** visus (**V**) eis *Bent.* uis eius **O** | uagatur **b** -antur **GL**^{2}**M** -anter **LV** || **379** foedus *Anon. Ell.* foebus **M** phebus **GL** || **380** est *om.* **G** | coeuntibus *Ellis* quod euntibus **O** || **382** secum iungunt *Anon. Ell.* se coniungunt **O** || **383** quamquam *Bent.* quicquam **O** quisque (= quibusque) *Bailey*^{2} *164* | alternis **b** -rius **O** | par est *Anon. Ell.* paret **O** || **386** hebet *Scal.*^{1} habet **O** | ademptus **GL**^{2} adeptus **LM** || **387** in seducta (seiuncta *Bullialdus*) *Huet* inseducta **M** in se ducta **GV** inse ducta **L** || **390** *del. Hous.*^{2} | ulla **GL**^{2} nulla **M** || **392** par *Bonincontrius* pars **O**^{v}

sed duo signa ferit mediis summota quaternis,
tertius absumpto ductus non sufficit orbe.
395 At, quae diversis e partibus astra refulgent
per medium adverso mundum pendentia vultu
et toto divisa manent contraria caelo
septima quaeque, loco quamvis summota feruntur,
ex longo tamen illa valent viresque ministrant
400 vel bello vel pace suas, ut tempora poscunt,
nunc foedus stellis, nunc et dictantibus iras.
quod si forte libet, quae sunt contraria, signa
per titulos celebrare suos sedesque, memento
solstitium brumae, Capricornum opponere Cancro,
405 Lanigerum Librae (par nox in utroque diesque est),
Piscibus Erigonen, iuvenique urnaeque Leonem;
Scorpios e summo cum fulget, Taurus in imo est,
et cadit Arcitenens Geminis orientibus orbi.
[hos servant inter sese contraria cursus]
410 sed, quamquam adversis fulgent contraria signis,
natura tamen interdum sociata feruntur,
et genere amplexis concordia mutua surgit:
mascula se paribus vel sic, diversa suorum
respondent generi. Pisces et Virginis artus
415 adversi volitant, sed amant communia iura,
et vincit natura locum; sed vincitur ipsa
temporibus, Cancerque tibi, Capricorne, repugnat
femina femineo, quia brumae dissidet aestas.
hinc rigor et glacies nivibusque albentia rura,
420 hinc sitis et sudor nudusque in collibus orbis,
aestivosque dies aequat nox frigida brumae.
sic bellum natura gerit, discordat et annus,
ne mirere in ea pugnantia sidera parte.
at non Lanigeri signum Libraeque repugnant
425 in totum, quia ver autumno tempore differt

393 ferit *Bent.* ferunt M fecit L facit G || 394 absumpto *Reg.* ad- O (ad- LM as- GL^2) || 395 at quae *Scal.*^{2} atque ea O | e GM ex L || 396 aduerso GL^2 -os LM || 397 manent GL^2 -et LM || 398 *dist. Scal.*^{1} || 399 ualent GL^{2}M, *Scal.*^{1} *in notis* manent L || 401 foedus *Bent.* phoebo O | dictantibus iras GL dit- istas M || 402 sunt LM sint G || 405 est *om.* G || 408 cadit GL^2 -et LM | orbi *Fayus* orbe O || 409 *del. Bent.* | hos servant *Jacob* obs- O || 410 aduersis GL^2 -su L -sus M || 412 genere *Bonon.* amplexis *Jacob* genera exemplis O^v || 413 mascula LM miscua GL^2 | se . . . sic *Hous.*^{1} si . . . si O | est *in fine versus del. Scal.*^{1} || 414 artus *Hous.*^{2} astra (-um *Reg.*) O^v | pisces sic . . . astro *Bent.* || 421 aestiuos . . . aequat b -uo . . . -ant O^v || 422 annus *Scal.*^{1} -um O || 423 ne LM nec G | mirere GL^2 minrere M miserere L || 424 repugnant *Bent.* -at O

(fructibus hoc implet maturis, floribus illud)
sed ratione pari est, aequatis nocte diebus,
temporaque efficiunt simili concordia textu
permixtosque dies mediis hiemem inter et aestum
430 articulis uno servantia utrimque tenore
quo minus infesto decertent sidera bello.
talis erit ratio diversis addita signis.
His animadversis rebus quae proxima cura?
noscere tutelas adiectaque numina signis
435 et quae cuique deo rerum natura dicavit,
cum divina dedit magnis virtutibus ora,
condidit et varias sacro sub nomine vires,
pondus uti rebus persona imponere posset.
Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
440 formosos Phoebus Geminos; Cyllenie, Cancrum,
Iuppiter, et cum matre deum regis ipse Leonem;
spicifera est Virgo Cereris fabricataque Libra
Vulcani; pugnax Mavorti Scorpios haeret;
venantem Diana virum, sed partis equinae,
445 atque angusta fovet Capricorni sidera Vesta;
e Iovis adverso Iunonis Aquarius astrum est
agnoscitque suos Neptunus in aethere Pisces.
hinc quoque magna tibi venient momenta futuri,
cum ratio tua per stellas et sidera curret
450 argumenta petens omni de parte viasque
artis, ut ingenio divina potentia surgat
exaequentque fidem caelo mortalia corda.
Accipe divisas hominis per sidera partes
singulaque imperiis propriis parentia membra,
455 in quis praecipuas toto de corpore vires
exercent. Aries caput est ante omnia princeps

426 *dist. Bechert* | fructibus **GL**[2] fl- **M** | imples **V** || **427** pari est **GL** parest **M** par est **V** | aequatis **u** aquatis **M** aequalis **GL** -i *Reg.* || **430** utrimque tenore *Hous.*[5] tempore utrumque **O** (tempore utrinque *Scal.*[1]) unum . . . utrimque tenorem *Bent.* utrumque teporem *Hous.*[1] || **431** infesto **G** -os **LM** | decertent **GL**[r] decernent **LMV** || **433** *dist. Jacob* | restat (quae proxima cura) *Bent.* debes, q. p. c., *Garrod*[2] *177* || **435** quae cuique **b** que quique **M** quaecumque **GL** || **438** posset *Bonincontrius* -it **O** || **441** regis **GLM** -it **L**[2] || **443** mauorti **a** -is **O** || **445** angusta **GL** augusta **M** || **446** e *Scal.*[2] et **O**, *quo retento* astro *Cartault*[2] || **447** aethere *Columna* aequore **O** || **448** futuri **GM** -ra **L** || **449** per **V** fer **L** fers **M** fert **GL**[2] | curret **LMV** curat **GL**[2] || **450** petens **V** -es **GLM** || **451** divina *Bonincontrius* diuisa **O** || **452** exaequentque **GL**[2] exen quen **LM** || **454** in⟨periis⟩ *Hous.*[1] in **O** | propriis **GL**[2] -as **LMV** | figuris (-as **V**) *ad finem versus del. Hous.*[1]: *hab.* **O**

sortitus censusque sui pulcherrima colla
Taurus, et in Geminis aequali bracchia sorte
scribuntur conexa umeris, pectusque locatum
460 sub Cancro est, laterum regnum scapulaeque Leonis,
Virginis in propriam descendunt ilia sortem,
Libra regit clunes, et Scorpios inguine gaudet,
Centauro femina accedunt, Capricornus utrisque
imperitat genibus, crurum fundentis Aquari
465 arbitrium est, Piscesque pedum sibi iura reposcunt.
Quin etiam propriis inter se legibus astra
conveniunt, ut certa gerant commercia rerum,
inque vicem praestant visus atque auribus haerent
aut odium foedusve gerunt, conversaque quaedam
470 in semet proprio ducuntur prona favore.
idcirco adversis non numquam ⟨est⟩ gratia signis,
et bellum sociata gerunt; alienaque sede
inter se generant coniunctos omne per aevum,
a triquetrisque orti pugnant fugiuntque vicissim;
475 quod deus, in leges mundum cum conderet omnem,
affectus quoque divisit variantibus astris,
atque aliorum oculos, aliorum contulit aures,
iunxit amicitias horum sub foedere certo,
⟨illis perpetuas statuit discordibus iras,⟩
cernere ut inter se possent audireque quaedam,
480 diligerent alia et noxas bellumque moverent,
his etiam propriae foret indulgentia sortis,
ut se diligerent semper sibique ipsa placerent;
sicut naturas hominum plerasque videmus
qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.
485 Consilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est,
audit se Libramque videt, frustratur amando
Taurum; Lanigero qui fraudem nectit et ultra
fulgentis geminos audit per sidera Pisces,
Virgine mens capitur visa. sic vexerat ante
490 Europam dorso retinentem cornua laeva

457 sortitus *Scal.*[1] -ur **O** | census **GL** se- **M** | colla *Bonon.* -lo **O** || **458** geminis **O** -os *Bent.* || **460–461** latera in . . . discedunt *Hous.*[1] || **462** regit **GL**[2] -et **LM** || **464** imperitat *Bent.* inperat et **O**[v] || **470** prona *Bailey*[2] *164* plena **O** || **471** nonnumquam **G** non umquam **L** nouum quam **M** | est *add. Bent.* || **473** generant **G** gerant **LM** || **474** a triquetrisque orti *Hous.*[P] *466* utrique trisorti **M** utrique /// sorti **L** utrique sorti **G** || *post* **478** *lacunam, quam ipse exemplo supplevit, Bailey*[2] *165* || **479** possent **G** -int **LM** || **483** rerum **V** || **486** se c si **O** || **487** nectit *om.* **G** || **488** geminos (*ex 498*) *Hous.*[1] uidet atque **O** || **489** visa. sic *Hous.*[1] sic quondam **O**

indutusque Iovi. Geminorum ducitur auris
ad iuvenem aeternas fundentem Piscibus undas
inque ipsos animus Pisces oculique Leonem.
Cancer et adverso Capricornus conditus astro
495 in semet vertunt oculos, in mutua tendunt
auribus, et Cancri captatur Aquarius astu.
at Leo cum Geminis aciem coniungit et aurem
Centauro ferus et Capricorni diligit astrum.
Erigone Taurum spectat sed Scorpion audit
500 atque Sagittifero conatur nectere fraudem.
Libra suos sequitur sensus solumque videndo
Lanigerum atque animo complexa est Scorpion infra.
ille videt Pisces, audit quae proxima Librae.
nec non Arcitenens magno parere Leoni
505 auribus atque oculis sinum fundentis Aquari
conspicere assuevit solamque ex omnibus astris
diligit Erigonen. contra Capricornus in ipsum
convertit visus (quid enim mirabitur ille
maius, in Augusti felix cum fulserit ortum?)
510 auribus et summi captat fastigia Cancri.
at nudus Geminis intendit Aquarius aurem
sublimemque colit Cancrum spectatque reducta
tela Sagittiferi. Pisces ad Scorpion acrem
derexere aciem cupiuntque attendere Taurum.
515 has natura vices tribuit, cum sidera fixit.
his orti similis referunt per mutua sensus,
audire ut cupiant alios aliosque videre,
[horum odio nunc horum idem ducuntur amore]
illis insidias tendant, captentur ab illis.
520 Quin adversa meant alterna trigona trigonis,
alteraque in bellum diverso limite ducit
linea. sic veri per totum consonat ordo.
namque Aries, Leo et Arcitenens, sociata trigona
signa, negant Chelis foedus totique trigono

491 geminorum ioui **L** || **493** animus **x** -um **O**^{v} || **494** conditus *Scal.*^{1} -ur **GL**^{2} -or **LM** || **495–496** *om.* **V** || **495** uertunt **G** -itur **LM** (uertitur in semet **L**^{2}) | oculos *Bent.* oculosque **G**^{2} (-usque **G**) oculis **LM** | in mutua **G** in muta **M** immutaque **L** || **496** cancri **M** -cer **GL** | astu *Bent.* astro **O** || **498** Centauro *Scal.*^{1} -us **O** | ferus et *Hous.*^{2} geminos et (*om.* et **GL**^{2}) **O** gemino *Bent.* (-um *Ellis 51*) || **502** infra *om.* **G** || **503** quae proxima librae *Bullialdus* -que per omnia libram **O** || **511** aurem **GL**^{2} -um **LM** || **515** fixit **GL** finx- **M** || **516** sensus **b**^{2}**x** cen- **O**^{v} || **517** alios **GL**^{2} -us **LM** || **518** *del. Hous.*^{2} | ducuntur **LM** -antur **G** || **520** alterna *Hous.*^{2} etiam **GLM** (-que *add.* **L**^{2}) || **521** ducat **V** || **523–524** trigona . . . totique *om.* **M** || **523** trigona **GL** -no **L**^{2}

525 quod Gemini excipiunt fundens et Aquarius undas.
idque duplex ratio cogit verum esse fateri,
quod tria signa tribus signis contraria fulgent,
quodque aeterna manent hominum bella atque ferarum.
[humana est facies Librae, diversa Leonis]
530 idcirco et cedunt pecudes, quod viribus amplis
consilium est maius. victus Leo fulget in astris,
aurea Lanigero concessit sidera pellis,
ipse suae parti Centaurus tergore cedit,
usque adeo est hominis virtus. quid mirer ab illis
535 nascentis Librae superari posse trigono?
570 Nec sola est ratio quae dat nascentibus arma
inque odium generat partus et mutua bella;
sed plerumque manent inimica tertia quaeque
lege, in transversum vultu defixa maligno,
quodque, manent quaecumque loco contraria signa
575 adversosque gerunt inter se septima visus,
tertia quaeque illis utriusque trigona feruntur;
ne sit mirandum si foedus non datur astris
578 quae sunt adversis signis cognata trigona.
536 quin etiam brevior ratio est per signa sequenda;
nam, quaecumque nitent humana condita forma
astra, manent illis inimica et victa ferarum.
sed tamen in proprias secedunt singula mentes
540 et privata gerunt secretis hostibus arma.
Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis
et Libra Geminisque et eis quos protulit Urna.
in partus Tauri sub Cancro nata feruntur
pectora et in Chelis et quae dant Scorpios acer
545 et Pisces. at, quos Geminorum sidera formant,

525 undas **O** urnam *Bent., ut a versu 248 variaret poeta* || **528** quod **G** quo **LM** || **529** *del. Hous.*[1] || **533** parti *Fayus* -is **O** (ferae partis *Bent.*) | tergore cedit **L**[2] tergo recedit **V** ergo r. **GLM** || **534–535** *del. Bent.* || **534** virtus *Scal.*[1] uictus **O** | minor huic virtus *Hous.*[1] | quid *Gron.*[6], *Postgate 9* qd **M** quod **L** quo **GL**[2] || **535** nascentis **GL**[2] -ti **LM** | trigono **LMV** -um **GL**[2] || **570–578** *ante* **536** *Hous.*[2] || **570** *olim* nec sic dest . . . det *Hous.*[1] || **571** generat *Reg.* -et **O**[v] | bella *Schrader teste Clausen, Hous.*[G] *34* uelle **O** || **574** quodque *Hous.*[2] (quippe *olim Hous.*[1]) quoque **O** | quaecumque **b** qui- **O**[v] (quaeque manent quocunque loco *Fayus*) || **577** ne sit **M** nescit **GL** nec sit **a** | foedus *Anon. Ell.* phoebus **O** || **578** aduersis **GL**[2] -si **LM**, *quo servato* trigoni **is** || **541** genitis **L**[2] gentis **GLM** || **542** geminis . . . urna *om.* **M** | Geminisque et eis *Hous.*[1] gemini (et gemini **V**) pisces (-is **G**) **G**[2]**L** Geminis simul et *Anon. Ell.* et Geminis et si *Bent.* | protulit **b** pertulit **GLV** perluit *Hous.*[1] | urna *Anon. Ell., Bent.* unda **O** || **543** partus **d**[2] -es **O** || **544** dant *Mackail* dat **O** || **545** pisces **GL**[2] -is **LM** | at quos *Scal.*[1] atque hos **O**

his cum Lanigero bellum est eiusque trigono.
in Cancro genitos Capricorni semina laedunt
et Librae partus et quos dat Virginis astrum
quique sub aversi numerantur sidere Tauri.
550 Lanigeri communis erit rabidique Leonis
hostis, et a totidem bellum subscribitur astris.
Erigone Cancrumque timet geminique sub arcu
Centauri et Pisces et te, Capricorne, rigentem.
maxima turba petit Libram, Capricornus et illi
555 adversus Cancer, Iuvenis quod utrimque quadratum est,
quaeque in Lanigeri numerantur signa trigonum.
Scorpios in totidem fecundus creditur hostes;
aequoreum iuvenem, Geminos, Taurum atque Leonem,
Erigonen Libramque fugit metuendus et ipse,
560 quique Sagittari veniunt de sidere partus.
hos Geminis nati Libraque et Virgine et Urna
depressisse volent. naturae lege iubente
haec eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.
at quos aeternis perfundit Aquarius undis,
565 in pugnam Nemeaeus agit totumque trigonum,
turba sub unius fugiens virtute ferarum.
Piscibus exortos vicinus Aquarius urget
et gemini fratres et quos dat Virginis astrum
569 quique Sagittari descendunt sidera nati.
579 Per tot signorum species contraria surgent
580 corpora totque modis totiens inimica creantur.
idcirco nihil ex semet natura creavit
582 foedere amicitiae maius nec rarius umquam;
589 perque tot aetates hominum, tot tempora et annos,
590 tot bella et varios etiam sub pace labores,

547 genitos GL^{2}M -us LV | femina ludunt V || **549** aversi *Gron.*^{4} *II 5* adu- O || **550** rabidi a rap- O (*vide ad 2, 211*) || **551** et a *Gron.*^{4} *II 5* sed O || **552** Cancrum *Bent.* taurum O | gemini b, *Hous.*^{1} -um O || **553** Centauri *Hous.*^{1} -um O || **555** Iuvenis *Hous.*^{1} chelis O (♎ is *ubi in longiore versu* ♒ is *scriptum erat*) | utrimque *Hous.*^{1} -umque O || **556** quae *Reg.* qui O || **559–561** *dist. Hous.*^{1} || **559** erigonem L -ne GM || **560** *et* **569** sagittiferi L^2 || **561** libra GL^2 -am LM || **562** uolent M -unt GL | naturae *Scal.*^{1} -a et O^v || **565** in M ad GL | Nemeaeus *Gron.*^{4} *II 5* nemeus O^v (*atque ita fere 2, 623; 3, 571; 4, 336. 464. 706. 759; 5, 206 quae corr. Ald. et Quat. et Pruckner*) | agit V, *non* agitat || **566** fugiens *Hous.*^{1} iuuenis O lugens *dubitanter Hous.*^{2} *aut ante* **566** *lacuna statuenda huiusmodi* ⟨turpi terga fuga trepidoque datura pavore⟩ turba || **567** piscibus *Scal.*^{1} -es O | exortos V -us G LM || **569** sidere GL^2 -ra LM | nati GL^2 muti LM multi V || **570–578** *ante* **536** *Hous.*^{2} || **580** totiens *Bent.* quo- O || **582** foedere *Jever I 389, Hous.*^{1} pectore O pignore *Burman*^{3} || **589–591** *ante* **583** *Hous.*^{2}

591 cum Fortuna fidem quaerat, vix invenit usquam.
583 unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes
ipse mori; lis una fuit per saecula mortis,
585 alter quod raperet fatum, non cederet alter.
[et duo, qui potuere sequi: vix noxia poenis,
optavitque reum sponsor non posse reverti,
588 sponsoremque reus timuit, ne solveret ipsum]
592 at quanta est scelerum moles per saecula cuncta,
quamque onus invidiae non excusabile terris!
venales ad fata patres matrumque sepulcra
⟨non posuere modum sceleri, sed fraude nefanda
ipse deus Caesar cecidit, qua territus orbi⟩
595 imposuit Phoebus noctem terrasque reliquit.
quid loquar eversas urbes et prodita templa
et varias pacis clades et mixta venena
insidiasque fori, caedes in moenibus ipsis
et sub amicitiae grassantem nomine turbam?
600 in populo scelus est et abundant cuncta furoris.
et fas atque nefas mixtum, legesque per ipsas
saevit nequities; poenas iam noxia vincit.
scilicet, in multis quoniam discordia signis
corpora nascuntur, pax est sublata per orbem,
605 et fidei rarum foedus paucisque tributum,
utque sibi caelum sic tellus dissidet ipsa
atque hominum gentes inimica sorte feruntur.
Si tamen et cognata cupis dinoscere signa,
quae iungant animos et amica sorte ferantur,
610 Lanigeri partus cum toto iunge trigono.
simplicior tamen est Aries, meliusque Leone
prosequitur genitos et te, Centaure, creatos
quam colitur. namque est natura mitius astrum
expositumque suae noxae, nec fraudibus ullis,
615 nec minus ingenio molli quam corpore constans:
illis est feritas signis praedaeque cupido,

583 erat x erit O || 584 lis G^2 leuis GLM || 586–588 *del. Hous.*[2] (583–594 *iam del. Anon. Ell.*) || 587 reum O rerum M | sponsor *Reg.* sponso O || 588 sponsorique *Bent.* | reus *Reg.* reum O^v || 592 at GL ac M et (*?*) V | quanta est LM -tae G | moles b mores LM mortes G || 593 *expl. Gron.*[4] *II 13* || *post* 594 *lacunam statuit Jacob*[34] *16, exemplo suppl. Goold* || 595 reliquit G -inquit LMV || 599 grassantem G cr- LM || 600 populo L -os GM || 602 nequities GL^2M (*hic* -icies) -itias L -itia V | uincit GL^2M -at L -unt V || 604 pax *Reg.* pars O | est *Scal.*[1] et O || 605 paucis *Bent.* pacis O || 610 lanigeri GL^2 -um LM || 612–613 *dist. Bent.* || 615 corpore O vellere *Bent.* | constans *Bent.* -ant O^v -at b

venalisque animus non numquam excedere cogit
618 commoditate fidem, nec longa est gratia facti;
622 plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
623 cui commixtus homo est, quam te, Nemeaee, sub uno.
619 at, cum Lanigeri partus sub utroque ⟨laborant
vique urgente dolent amborum astuque,⟩ trigono
620 non parcit; sed rara gerit pro tempore bella,
621 quae feritas utriusque magis prorumpere cogit.
624 idcirco et pax est signis et mixta querella.
625 quin etiam Tauri Capricorno iungitur astrum,
nec magis illorum coeunt ad foedera mentes;
Virgineos etiam partus, quicumque creantur
Tauro, complecti cupiunt, sed saepe queruntur.
quos Geminique dabunt Chelaeque et Aquarius ortus
630 unum pectus habent fideique immobile vinclum,
632 magnus et in multos veniet successus amicos.
Scorpios et Cancer fraterna in nomina ducunt
ex semet genitos, nec non et Piscibus orti
635 concordant illis. saepe est et subdolus actus:
Scorpios aspergit noxas sub nomine amici;
at, quibus in lucem Pisces venientibus adsunt,
his non una manet semper sententia cordi,
commutant animos interdum et foedera rumpunt
640 ac repetunt, tectaeque lues sub fronte vagantur.
641 sic erit ex signis odium tibi paxque notanda.
643 Nec satis hoc, tantum solis insistere signis:
contemplare locum caeli sedemque vagarum.
645 parte genus variant et vires linea mutat.
nam sua quadratis veniunt, sua iura trigonis
et quae per senos decurrit virgula tractus
quaeque secat medium transverso limite caelum;
651 distat enim surgatne eadem subeatne cadatne.
649 hinc modo dat mundus vires, modo deterit idem,

622–623 *illic alienos post* **618** *Hous.*[2] || **622** duplicis **V** || **623** Nemeaee *Pruckner* -eae **L** -ee **GM** || **619** at **O** est *Bailey 82* | cum **LM** quin **G** | quia . . . par vis roburque *olim Hous.*[1] | *post* utroque *lacunam, quam ipse exemplo suppl., Hous.*[2] || **620** parcit **GL**[2] -et **LMV** *olim* paret *Hous.*[1] || **621** quae . . . magis prorumpere *Bailey 82* quod . . . magis pro tempore **O** quod . . . minas praetendere *Hous.*[1] || **629** Gemini (*per notam* ♊ *scriptum, dein omissum*) *post* quos *Hous.*[2], *post* dabunt *Bent.* | Chelaeque et *Bent.* chelae et quos dat **O** || **630** uinclum **GL** mundum **M** || *post* **630** *inseruit Bonincontrius* **631** magnus erit Geminis amor et concordia duplex; *del. Bent.* || **635** *dist.* **L** | est *om.* **LM** | astus *Heins.* || **641** ex **b** e **GM** et **L** || **642** *post* **706** *Hous.*[2] || **644** *del. Bent.* || **648** secat **GL**[2] -ant **LM** || **651** *ante* **649** *Hous.*[2], *del. Bent.*

650 quaeque illic sumunt iras, huc acta reponunt.
652 crebrius adversis odium est, cognata quadratis
corpora censentur signis et amica trigonis.
nec ratio obscura est; nam quartum quodque locavit
655 eiusdem generis signum natura per orbem.
quattuor aequali caelum discrimine signant
in quibus articulos anni deus ipse creavit,
ver Aries, Cererem Cancer Bacchumque ministrans
Libra, caper brumam genitusque ad frigora piscis.
660 nec non et duplici quae sunt conexa figura
quartum quemque locum retinent; duo cernere Pisces
et geminos iuvenes duplicemque in Virgine formam
et duo Centauri licet uno corpora textu.
sic et simplicibus signis stat forma quadrata;
665 nam neque Taurus habet comitem, nec iungitur ulli
horrendus Leo, nec metuit sine compare quemquam
Scorpios, atque uno censetur Aquarius astro.
sic quaecumque manent quadrato condita templo
signa parem referunt numeris aut tempore sortem
670 ac veluti cognata manent sub foedere tali.
idcirco affines signant gradibusque propinquis
672 accedunt unaque tenent sub imagine natos,
683 quotquot cardinibus, ⟨prona vertigine mundi
naturae vires⟩ propriae variante, moventur;
quae, quamquam in partes divisi quattuor orbis
685 sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati
686 censentur: minor est numeri quam cardinis usus.
673 longior in spatium porrecta est linea maius
quae tribus emensis signis facit astra trigona.
675 haec ad amicitias imitantis iura gradumque
sanguinis atque animis haerentia foedera ducunt,
utque ipsa ex longo coeunt summota recessu,
sic nos coniungunt maioribus intervallis.
haec meliora putant, mentes quae iungere possunt,
680 quam quae non numquam foedus sub sanguine fallunt.
proxima vicinis subscribunt, tertia quaeque

654 quodque **G** quoque **LMV** || **663** corpora *Bent.* -re **LM** in -re **G** | textu *Bent.* -um **G**[2]**LMV** mixtum **G** || **665** nec iungitur **GV** ne ciugitur **M** nec pingitur **L** || **666** compare *Dorvillius 372* corpore **O** || **667** censetur **L**[2]**M** -entur **GLV** || **671** gradibus *Dulcinius* grau- **O** || *post* **672** *transp.* **683–686** *Jacob* (**681–686** *Bent., ut iam Fayus sed praeposito* **683**): **684–686** *post* **330** *Hous.*[1] || **683** *post* cardinibus *lacunam, quam ipse suppl., Hous.*[2] | propriae **L** -ie **GM** || **676** foedera *Markland 215b* pectora **O** || **677** atque **MV** || **678** sic nos **O** dignos **V**

682 hospitibus. sic astrorum servabitur ordo.
687 adde suas partes signis, sua partibus astra;
nam nihil in totum servit sibi: mixta feruntur,
ipsis dant in se partes capiuntque vicissim.
690 quae mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
omnibus ex istis ratio est repetenda per artem,
pacata infestis signa ut discernere possis.
Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam
et tantum Graio signari nomine passam,
695 dodecatemoria, in titulo signantia causas.
nam, cum tricenas per partes sidera constent,
rursus bis senis numerus diducitur omnis;
ipsa igitur ratio binas in partibus esse
dimidiasque docet partes. his finibus ecce
700 dodecatemorium constans, bis senaque tanta
omnibus in signis; quae mundi conditor ille
attribuit totidem numero fulgentibus astris,
ut sociata forent alterna sidera sorte,
et similis sibi mundus, et omnia in omnibus astra,
705 quorum mixturis regeret concordia corpus
et tutela foret communi mutua causa.
642 in terris geniti tali sub lege creantur;
707 idcirco, quamquam signis nascantur eisdem,
diversos referunt mores inimicaque vota;
et saepe in peius derrat natura, maremque
710 femina subsequitur: miscentur sidere partus,
singula divisis variant quod partibus astra,
dodecatemoriis proprias mutantia vires.
Nunc, quod sit cuiusque, canam, quove ordine constent,
ne vagus ignotis signorum partibus erres.
715 ipsa suo retinent primas in corpore partes
sidera, vicinae subeuntibus attribuuntur,

689 ipsis **G** i//psis **L** ex ipsis **M** | in se partis *Hous.*^{2} fines astris **O** vires as tris *Bent.* (*olim* vires astra accipiuntque *Hous.*^{1}) || **690** mox certo *om.* **M** *spatio relicto* || **692** pacata **G** -am **LMV** | infestis **G** -fectis **LV** -ferens **M** | discernere *Pingré* perdiscere **O** | possis **G** poscis **LM** || **693** uisu **GL**^{2} uis **LM** || **694** passam **GV** -um **LM** || **695** dodecatemoria *Scal.*^{1} duod- **O**, *item 700, 712, 736, 740, 741, 746* | titulo *Junius 62* -os **O** || **699** *om.* **G** | ecce *Hous.*^{1} esse **LM** || **700** constans *Hous.*^{1} -ant **O** -at *Bonincontrius* | tanta *Hous.*^{1} cuncta **O** || **702** numero *Reg.* -os **M** -is **GL** || **642** *ante* **707** *Hous.*^{2} || **709** peius deerrat *Hous.*^{1} pecudes errat (**G** **L**^{2}**V** -ant **LM**) **O** | matura **M** *ante corr.* || **710** sidere **ei** -ra **O** || **713** quod **M** quid **GL** | quae (quot *Garrod*) sint (*hoc* **c**) *Bent.* | constent **L** -et **GM** || **714** ne **L**^{2} nec **GLMV** || **715** suo **L**^{2} sua **GLM** suas **V** || **716** vicinae *Bent.* -is **O**, *quo servato* subeuntes *Bonincontrius*

cetera pro numero ducunt ex ordine partes,
ultima et extremis ratio conceditur astris.
singula sic retinent binas in sidere quoque
720 dimidiasque eius partes, et summa repletur
sortibus exactis triginta sidere in omni.
Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex,
pluribus inque modis verum natura locavit
diduxitque vias voluitque per omnia quaeri.
725 haec quoque comperta est ratio sub nomine eodem.
quacumque in parti nascentum tempore Luna
constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,
sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.
inde suas illi signo, quo Luna refulsit,
730 quaeque hinc defuerant partes numerare memento.
proxima tricenas pariterque sequentia ducunt.
[hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta
in binas sortes adiecta parte locetur
dimidia, reliquis tribuantur ut ordine signis]
735 in quo destituent, eius tum Luna tenebit
dodecatemorium signi; post cetera ducet
ordine quodque suo, sicut stant astra locata.
Haec quoque te ratio ne fallat, percipe paucis
(maior in effectu minor est) de partibus ipsis
740 dodecatemorii quota sit quod dicitur esse
dodecatemorium. namque id per quinque notatur
partes; nam totidem praefulgent sidera caelo
quae vaga dicuntur, ducunt et singula sortes
dimidias, viresque in eis et iura capessunt.
745 in quo quaeque igitur stellae quandoque locatae

719 sidere *Bent.* -ra **O** || **720** eius *Hous.*[1] sui **O** sibi *Bent.* || **721** mortibus **V** || **723** inque modis **GL**[2] immodis **LV** innodis **M** | verum *Scal.*[1] rerum **O** || **724** diduxit *Scal.*[1] de- **O** || **726** quacunque *Reg.* quo- **O** | parti *Scal.*[1] -te *iam Reg.* -tu **O** | tempore **b** -ra **O** || **728** quia **L**[2]**M** quae **GV** que **L** | fulgent *om.* **M** || **730** quaeque **d** qua et **M** quae et **GL** quae ex **V** | hinc **GL**[2]**V** hunc **LM** || **731** pariterque (quae **V**) **LMV** pariter **GL**[2] | sequentia *Reg.* sententia **O** | ducunt **LM** -it **G** -ant *Bent.* || **732–734** *del. Bent.* (*rem expedivit Goold liii sq.*)*: olim post* **744** *Hous.*[1] (**732** relecta *et* **734** tribuuntur) || **732** ubi **L**[2var] tibi **L**[2]**M** ibi **GL** || **734** dimidia **M** -am **GLV** || **735** quo *Bent.* qua **O** | destituent eius tum *Bent.* -ente (**M** -ent te **GL**) iustum **O** || **736** -morium **M** -moriis **GL** || **737** quodque *Hous.*[2] quo- **O** quae- **e** quo **V** | suo *om.* **GLV** | sicut **LMV** uelut **G** | stant **GLV** sunt **M** || **738** fallit **M** | percipe *Müller 190* perspice **GL** -cere **M** || **739** minor est **GL**[2]**M** minorem **L** | de *vel* e (*hoc Hous.*[1]) *Hous.*[2] quod **O** || **740–741** *inverso ordine* **M**, *corr.* **M**[2] || **740** -morii **LM** -moriis **G** | quota *Hous.*[1] quod **GLM** quid **L**[2] || **741** nempe *Hous.*[1] || **744** uires **L**[2]**M**: *om.* **GL** | -que **b** qui **O** | in eis **G** in/eis **L** niueis **M** | iura **i** cura **O** || **745** quo quaeque *Hous.*[1] quocumque **O**

dodecatemorio fuerint spectare decebit;
cuius enim stella in fines in sidere quoque
inciderit, dabit effectus in viribus eius.
undique miscenda est ratio per quam omnia constant.
750 verum haec posterius proprio cuncta ordine reddam;
nunc satis est docuisse suos ignota per usus,
ut, cum perceptis steterit fiducia membris,
sic totum corpus facili ratione notetur
et bene de summa veniat post singula carmen.
755 ut rudibus pueris monstratur littera primum
per faciem nomenque suum, tum ponitur usus,
tum coniuncta suis formatur syllaba nodis,
hinc verbi structura venit per membra legendi,
tunc rerum vires atque artis traditur usus
760 perque pedes proprios nascentia carmina surgunt,
singulaque in summam prodest didicisse priora
(quae nisi constiterint primis fundata elementis,
764 effluat in vanum rerum praeposterus ordo
763 versaque quae propere dederint praecepta magistri),
765 sic mihi per totum volitanti carmine mundum
erutaque abstrusa penitus caligine fata,
Pieridum numeris etiam modulata, canenti
quoque deus regnat revocanti numen in artem,
per partes ducenda fides et singula rerum
770 sunt gradibus tradenda suis, ut, cum omnia certa
notitia steterint, proprios revocentur ad usus.
ac, velut, in nudis cum surgunt montibus urbes,
conditor et vacuos muris circumdare colles
destinat, ante manus quam temptet scindere fossas,
775 fervit opus (ruit ecce nemus, saltusque vetusti
procumbunt solemque novum, nova sidera cernunt,
pellitur omne loco volucrum genus atque ferarum,

746 duodeca- GL^{2}V duodecima LM | fuerint GV fluerint LM || 747 stella *Bent.* -ae O | fines in *Scal.*^{1} fine sint O || 748 inciderit *Bent.* -int O | in O pro *Bent.* || 750 proprio GL -or M | cuncta GL^2: *om.* LMV || 756 per L^{2}M et GV t L | tum ponitur *Scal.*^{1} comp- O || 757 tum *Scal.*^{1} tunc O || 758 hinc L^2 hic GLM sic V | verbi *Bent.* -is O | membra *Scal.*^{1} uerba O || 761 summam *Bent.* -ma O || 762 constiterint GL^{2}M^2 -unt LM || 764 *ante* 763 *Breiter* | effluat L^{r}ei et fluat GLV ut fluat M ecfl- *Hous.*^{2} || 765 mundum GM -di L || 767 canenti b -di GLV cauendi M || 768 artem *Immisch* artis *iam Bonincontrius* arte O^v || 770 ut *Pruckner* et O || 771 reuocentur b -antur O^v || 772 cum surgunt d^2, *Scal.*^{1} cons- O | urbes v orbes O || 773 conditor a -ur O^v || 775 fervet *Woltjer 86* (-it *Ellis 63*) uertit O

antiquasque domos et nota cubilia linquunt,
ast alii silicem in muros et marmora templis
780 rimantur, ferrique rigor per pignora nota
quaeritur, hinc artes, hinc omnis convenit usus),
tum demum consurgit opus, cum cuncta supersunt,
ne medios rumpat cursus praepostera cura,
sic mihi conanti tantae succedere moli
785 materies primum rerum, ratione remota,
tradenda est, ratio sit ne post irrita neve
argumenta novis stupeant nascentia rebus.
  Ergo age noscendis animum compone sagacem
cardinibus, qui per mundum sunt quattuor omnes
790 dispositi semper mutantque volantia signa:
unus ab exortu caeli nascentis in orbem,
qua primum terras aequali limite cernit,
alter ab adversa respondens aetheris ora,
unde fugit mundus praecepsque in Tartara tendit;
795 tertius excelsi signat fastigia caeli,
quo defessus equis Phoebus subsistit anhelis
reclinatque diem mediasque examinat umbras;
ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
in quo principium est reditus finisque cadendi
800 sideribus, pariterque occasus cernit et ortus.
haec loca praecipuas vires summosque per artem
fatorum effectus referunt, quod totus in illis
nititur aeternis veluti compagibus orbis;
quae nisi perpetuis alterna sorte volantem
805 cursibus excipiant nectantque in vincula, bina
per latera atque imum templi summumque cacumen,
dissociata fluat resoluto machina mundo.
  Sed diversa tamen vis est in cardine quoque,
et pro sorte loci variant atque ordine distant.
810 primus erit, summi qui regnat culmine caeli
et medium tenui partitur limite mundum;
quem capit excelsa sublimem Gloria sede

778 et nota **GL**^{2} notaque **LMV** || 779 templis *Scal.*^{1} -li **O** || 780 pignora *Hous.*^{2} tempora **O** | viscera terrae *Garrod* || 781 hinc^{1} **L**^{2}**M** huic **G** hu//c **L** | omnis *om.* **M** || 782 tum *Goold* tunc **O** || 784 hic **V** | conanti *Markland 105b* cunctanti **O** || 785 *dist. Bent.* || 786 ne sit *Fayus, fortasse recte* || 792 qua **LM** qui **G** | cingit **V** || 794 praeceps **GL** princeps **M** || 795 signat **GL**^{2} signa **LM** | fastigia **d** uestigia **O** || 796 equus **V** | anhelis **d** habenis **O** || 797 reclinat *Hous.*^{1} de- **O** || 799 cadendi **L**^{r}**a** canendi **GLV** cauendi **M** || 803 aeternis *Bent.* et heris **M** aetheriis **GL** || 805 *dist. Bent.*

(scilicet haec tutela decet fastigia summa),
quidquid ut emineat sibi vindicet et decus omne
815 asserat et varios tribuendo regnet honores.
hinc favor et species atque omnis gratia vulgi,
reddere iura foro, componere legibus orbem
foederibusque suis externas iungere gentes
et pro sorte sua cuiusque extollere nomen.
820 proximus, est ima quamquam statione locatus,
sustinet aeternis nixum radicibus orbem,
effectu minor in specie sed maior in usu.
fundamenta tenet rerum censusque gubernat,
quam rata sint fossis, scrutatur, vota metallis
825 atque ex occulto quantum contingere possit.
tertius, aequali terris in parte nitentem
qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt,
unde dies redit et tempus describit in horas,
hinc inter Graias horoscopos editur urbes,
830 nec capit externum, proprio quia nomine gaudet.
hunc penes arbitrium vitae est, hic regula morum,
fortunamque dabit rebus, ducetque per artes,
qualiaque excipiant nascentis tempora prima,
quos capiant cultus, quali sint sede creati,
835 utcumque admixtis subscribent viribus astra.
ultimus, emenso qui condit sidera mundo
occasumque tenens summersum despicit orbem,
pertinet ad rerum summas finemque laborum,
coniugia atque epulas extremaque tempora vitae
840 otiaque et coetus hominum cultusque deorum.
Nec contentus eris percepto cardine quoque:
intervalla etiam memori sunt mente notanda

813 *dist. Hous.*[2] || **814** decus omne (*hoc* **c**) *Dulcinius* deus omni **O** || **815** regnet **L**[2] reget **GLM** || **816** omnis **d** omni **O** || **817** urbem *Bent.* || **820** *dist. Fayus* || **821** aeternis *Scal.*[1] alternis **GL** alterius **M** | nixum **fm** mixtum **GL**[2]**M** mux- **L** || **822** affectu **V** | specie *Scal.*[1] -es **O** || **824–825** *del. Bent.* || **824** rata **L**[2]**M** rara **GL** | scrutatur *Reg.* -antur **O** || **825** possit *Scal.*[1] -is **O** || **826** aequali (**q**) terris *Hous.*[32] atque illi tollens **O** aeque illi pollens *Scal.*[1] aequali pollens in sorte *Bailey 82* || **827** quae *Hous.*[1] *olim* || **828** unde *Scal.*[1] una **O** | redit *Reg.* dedit **O** | describit **a** -et **O**[v] | horas **LM** aras **G** || **829** hinc **GL** hic **M** || **830** nec **G**[2]**LM** haec **G** | externum **M** extremum **GLV** | quia **L**[2]**M** qua **GL** | nomine **d** num- **GL**[2]**M** minime **L** || **831** hunc **GLM** hinc **V** hic **b** | penes *Hous.*[1] tenet **O** | vitale *Lachmann 161* | est *post* vitae *Hous.*[1] (*retraxit Hous.*[5]), *post* morum **O** || **839** coniugia atque **v** coniugiatque atque **M** coniugeatque **L** coniungitque **GL**[2] || **841** quoque **fl** quoquam **GL** quoda **M**

per maius dimensa suas reddentia vires.
quidquid ab exortu summum curvatur in orbem,
845 aetatem primam nascentisque asserit annos.
quod summo premitur devexum culmine mundi
donec ad occasus veniat, puerilibus annis
succedit teneramque regit sub sede iuventam.
quae pars occasus aufert imumque sub orbem
850 descendit, regit haec maturae tempora vitae
perpetua serie varioque exercita cursu.
at, qua perficitur cursus redeunte sub ortum,
tarda supinatum lassatis viribus arcum
ascendens, seros demum complectitur annos
855 labentemque diem vitae tremulamque senectam.
Omne quidem signum sub qualicumque figura
partibus inficitur mundi; locus imperat astris
et dotes noxamque facit; vertuntur in orbem
singula et accipiunt vires caeloque remittunt.
860 vincit enim natura loci legesque ministrat
finibus in propriis et praetereuntia cogit
esse sui moris, vario nunc ditia honore,
nunc sterilis poenam referentia sidera sedis.
quae super exortum est a summo tertia caelo,
865 infelix regio rebusque inimica futuris
et vitio fecunda nimis; nec sola, sed illi
par erit, adverso quae fulget sidere sedes
iuncta sub occasu. neu praestet, cardine mundi
utraque praetenta fertur deiecta ruina.
870 porta laboris erit: scandendum est atque cadendum.
nec melior super occasus contraque sub ortu
sors agitur mundi: praeceps haec, illa supina
pendens aut metuit vicino cardine finem
aut fraudata cadet. merito Typhonis habentur
875 horrendae sedes, quem Tellus saeva profudit,
cum bellum caelo peperit nec matre minores

845 aetatem primam *Bent.* -is -ae **O** || **848** iuuentam **GL**[2] -ta **LM** || **849** quae **d** qua **O** | aufert *Hous.*[3] (*ad 217*) inter **O** infra est *Bent.* | imumque **L** imum quam **G** minumque **M** || **850** regit haec (hoc **L**[2]) maturae **b** maturae (-e **GL**) regit (rexit **V**) **O** || **851** perpetua *Bent.* et (at **G**) propria **O** || **852** at **GL**[2] t **LM** | ortum *Bailey 86* imo **O** | redeunte sibimet *Hous.*[1] || **859** caelo **GL** cardo **M** || **860** loci *Hous.*[2] genus **O** || **862** ditia *Bent.* diues **O** || **863** referentia *Bent.* que ferentia **O** | sedis **LM** seclis **G** || **868** *dist. Hous.*[2] | praestet **GL** prestit **M** || **870** porta *Scal.*[1] orta **LM** ora **GL**[2] || **872** supina **M** superna **GL** -ne *Scal.*[1] || **874** cadet **GL** -at **M** -it *Huet* iacet *Bailey 83* || **875** horrendi *Bent.*

exstiterunt partus. sed fulmine rursus in alvum
compulsi, montesque super rediere cadentes,
cessit et in tumulum belli vitaeque Typhoeus.
880 ipsa tremit mater flagrantem monte sub Aetna.
at, quae fulgentis sequitur fastigia caeli
proxima, neve ipsi cedat, cui iungitur, astro
spe melior, palmamque petens victrixque priorum
altius insurgit: summae comes addita finis,
885 in peiusque manent cursus nec vota supersunt.
quocirca minime mirum, si proxima summo
atque eadem integrior Fortunae sorte dicatur
cui titulus Felix. censum sic proxima Graiae
nostra subit linguae vertitque a nomine nomen.
890 Iuppiter hac habitat: venerandam crede regenti.
huic in perversum similis deiecta sub orbe
imaque summersi contingens culmina mundi,
adversa quae parte nitet, defessa peracta
militia rursusque novo devota labori
895 cardinis et subitura iugum sortemque potentem
nondum sentit onus mundi, iam sperat honorem.
Daemonien memorant Grai, Romana per ora
quaeritur inversus titulus. sub corde sagaci
conde locum numenque loci nomenque potentis,
900 quae tibi posterius magnos revocentur ad usus.
hic momenta manent nostrae plerumque salutis
bellaque morborum caecis pugnantia telis,
viribus ambiguam geminis casusque deique
nunc huc nunc illuc sortem mutantis utraque.

877 exstiterunt **V** -int **GLM** | alvum *Bent.* altum **O** || **880** flagrantem *Scal.*[1] -is **O**[v] | monte sub aethna **L**[2] montes sub etna **M** monte *solum* **GL** fulmine montis **V** || **881** at quae *Scal.*[1] atque **O** | fulgentis *Bent.* (-i *iam Scal.*[1]) refulgentis **O**[v] | caeli *Bent.* -lo **O** || **882** neue **ei** nec **GLV** non **M** | cedit **V** | cui iungitur *Huet* qui fun- **O** || **883** tenens **V** | priorum **M** piorum **GL** || **884** *dist. Hous.*[1] || **887** integrior *Hous.*[1] interior **O**[v] | fortunae sorte *Bent.* ueneranda s. **O** (*vide 890*) Forti veneranda *Hous.*[1] || **888** cui *Dulcinius* quod **O**[v] | sic *Bent.* si **O** || **889** vertit *Scal.*[2] uirtuti **O**[v] | -que **O**: *om.* **V** || **890** hac *Reg.* hoc **O**[v] | venerandam *Hous.*[2] fortunae **O** (*vide 887*) -am *Immisch* | crede regenti *Scal.*[1] credere gentis **O** || **891** orbem **V** || **892** contingens culmina *Scal.*[1] *in notis* -ent ful- **O** || **893** aduersa quae (*hoc et* **V**) **G** -saque **L** diuersa qua **M** | peracta **LM** subacta **G** superacta **G**[2] || **896** onus *Scal.*[1] opus **O** || **898** inversus *Hous.*[1] inuersu **M** in uersu **GLV** || **899** loci *Bailey*[2] *165* dei **O** || **900** revocentur *Bent.* -antur **O** || **901** monumenta **V** || *post* **902** *pro titulo scriptum* per tanta pericula mortis **M**: *unius versus spatium* **L** || **903** ambiguam *Bent.* *perperam Veneto tribuens* -guum **O**[v] -gua in *Bent.* | geminis **LM** -um **G** | casus *Bent.* causas **O**[v] (-ai **L** -ae **L**[2]) || **904** utraque **LMV** -amque **G**

905 sed medium post astra diem curvataque primum
culmina nutantis summo de vertice mundi
aethra Phoebus alit; sub quo quae corpora nostra
concipiunt vitia et fortunam, ex viribus eius
decernunt. Deus ille locus sub nomine Graio
910 dicitur. huic adversa nitens, quae prima resurgit
sedibus ex imis iterumque reducit Olympum,
pars mundi fratrumque vices mortesque gubernat;
et dominam agnoscit Phoeben, fraterna videntem
regna per adversas caeli fulgentia partes
915 fataque damnosis imitantem finibus oris.
huic parti Dea nomen erit Romana per ora,
Graecia voce sua titulum designat eundem.
arce sed in caeli, qua summa acclivia finem
inveniunt, qua principium declivia sumunt,
920 culminaque insurgunt occasus inter et ortus
suspenduntque suo libratum examine mundum,
asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem
et velut in facie mundi sua collocat ora,
per quae humana regit. propria est haec reddita parti
925 vis, ut conubia et thalamos taedasque gubernet:
haec tutela decet Venerem, sua tela movere.
nomen erit Fortuna loco, quod percipe mente,
ut brevia in longo compendia carmine praestem.
at, qua subsidit converso cardine mundus
930 fundamenta tenens, aversum et suspicit orbem
ac media sub nocte iacet, Saturnus in illa
parte suas agitat vires, deiectus et ipse
imperio quondam mundi solioque deorum,
et pater in patrios exercet numina casus

907 aethra *Hous.*^{2} aethera **O** atria *Scal.*^{1} sedem *Hous.*^{1} | alit *Hous.*^{2} aut **O** amat **q**, *Bonincontrius* habet *Reg.* | quo quae *Hous.*^{2} quoque **O** quo quia *Ellis 73* | aut . . . quoque *om.* **V** || **908** concipiunt *Hous.*^{2} decernunt **O** (*vide 909*) || **909** decernunt *Hous.*^{2} concupiunt **O** (-cip- **b**) | locum **V** || **910** huic *Reg.* huc **O** || **911** iterum **GL** uerum **M** | que *add.* **L**^{2} || **912** fratrumque vices *Hous.*^{1} fuluumque nitet **O** | mentisque *dubitanter Hous.*^{2} || **915** imitantem **GL** mut- **M** || **918** accliuia *Bonon.* decl- **O** || **920** culmina *Scal.*^{1} -ne **GL** cul muic **M** | inter et **GL**^{2}**M** et i. **L** || **921** libratum **M** librarum **GL** || **922** sedem **GL**^{2} -ent **LM** || **923** velut in *Huet* ueluti **O** | facie *Bent.* -em **O** | sua **GL**^{2} sui **LM** || **924** per quae *Bonon.* perque **O** | propriae est **V** | haec **M** hac **GLV** | reddita **GL**^{2}**V** redita **LM** || **925** his **V** | ut . . . gubernet **d** et . . . -at **O** | conubia **GL** coniugia **M** || **926** decet **b** docet **O**^{v} || **927** quod . . . mente **d** quo . . . mentem **O** || **928** praestem *Scal.*^{1} -ent **O**^{v} -et **b** || **929** at **L**^{2} ad **LMV** (ad quae **V**) aut **G** || **930** aversum *Hous.*^{1} adu- **O** | suspicit **q**^{2}, *Bonincontrius* suscipit **GLV** inscipit **M** || **932** suas agitat **GL** sua fatigat **M**

935a | 937b fortunamque senum. | titulus, quem Graecia fecit,
938 Daemonium signat dignas pro nomine vires.
nunc age surgentem primo de cardine mundum
940 respice, qua solitos nascentia signa recursus
incipiunt, viridis gelidis et Phoebus ab undis
enatat et fulvo paulatim accenditur igni
937a | 945b asperum iter temptans, | Aries qua ducit Olympum.
943 haec tua templa ferunt, Maia Cyllenie nate,
pro facie signata nota, quod nomen et ipsi
945a | 935b auctores tibi dant. | una est tutela duorum:
936 [nascentum atque patrum. quae tali condita parte est]
946 in qua fortunam natorum condidit omnem
natura, ex illa suspendit vota parentum.
unus in occasu locus est super. ille ruentem
praecipitat mundum terris et sidera mergit,
950 tergaque prospectat Phoebi, qui viderat ora;
ne mirere, nigri si Ditis ianua fertur
et finem vitae retinet⟨que repagula mortis.⟩
hic etiam ipse dies moritur, tellusque per orbem
surripit et noctis captum sub carcere claudit.
955 nec non et fidei tutelam vindicat ipsi
pectoris et pondus. tanta est in sede potestas
quae vocat et condit Phoebum recipitque refertque,
consummatque diem. tali sub sorte notandae
templorum tibi sunt vires: quae pervolat omnis
960 astrorum series ducitque et commodat illis
ipsa suas leges, stellaeque ex ordine certo,
ut natura sinit, lustrant, variasque locorum
efficiunt vires, utcumque aliena capessunt
regna et in externis subsidunt hospita castris.

935b *post* **945a, 937b** *post* **935a** *Hous.*[1] || **937b** quem **LMV** quae **G** | fecit **b** feci **O** || **938** dignas *Hous.*[1] -que suas **O** || **940** solitos . . . recursus *Bent.* solido . . . recursu **O** || **937a** *et* **945b** *post* **942** *Hous.*[1] || **937a** iter temptans *Hous.*[1] erit templum **M** erat tempus **GL** || **945b** aries *Hous.*[1] artes **O** || **943** nate **GL**[2] fate **L**: *om.* **M** || **944** pro facie *Hous.*[1] o facies **O** || **935b** una *Hous.*[1] prima **O** (*illud* i, *hoc* **a** i; *et vide ad 4, 446*) || **936** *del. Jacob* | nascentum **GL**[2] -dum **LM** | parte est *Scal.*[2] pars est **O** (‘*retinet uestigia prisci codicis*’, *i. e.* partest, *Scal.*) || **947** illa *Scal.*[1] illo **O** || **948** lacus **V** || **949** terris **O** tenebris *Bent.* | mergit *Bent.* -sit **O** || **950** terga **d** terra **O**^{v} || **952** -que repagula mortis (*nihil hic* **O**) *praeeunte Breitero*[1] *17 suppl. Hous.*[1] (*vide ad 902*) Martique locatur *suppl. Bonincontrius, unde perperam* mortique locatur **G**^{r}**c**^{r} || **953** hic *Bent.* hinc **O** | tellus *Hous.*[1] terras **O** || **955** ipsi *Breiter*[2] *697* -am **O** || **958** consummat **LMV** -sumat **G** -sumit **ei** | tali **b**^{2}**v** -is **O** | sorte *Bent.* nocte **GL**[2] lege **LM**, *quod vix in illud abiturum erat* || **959** quae *Bent.* quas **O** || **964** subsidunt **LM** -sistunt **G**

965 haec mihi sub certa stellarum parte canentur;
nunc satis est caeli partes titulosque notasse
effectusque loci per se cuiusque deosque.
[cui parti nomen posuit, qui condidit artem,
octotropos; per quod stellae diversa volantes
970 quos reddant motus, proprio venit ordine rerum]

LIBER TERTIVS

In nova surgentem maioraque viribus ausum
nec per inaccessos metuentem vadere saltus
ducite, Pierides. vestros extendere fines
conor et ignotos in carmina ducere census.
5 non ego in excidium caeli nascentia bella,
fulminis et flammis partus in matre sepultos,
non coniuratos reges Troiaque cadente
Hectora venalem cineri Priamumque ferentem,
Colchida nec referam vendentem regna parentis
10 et lacerum fratrem stupro, segetesque virorum
taurorumque trucis flammas vigilemque draconem
et reduces annos auroque incendia facta
et male conceptos partus peiusque necatos;
non annosa canam Messenes bella nocentis,
15 septenosve duces ereptaque fulmine flammis
moenia Thebarum et victam quia vicerat urbem,
germanosve patris referam matrisque nepotes,
natorumve epulas conversaque sidera retro
ereptumque diem, nec Persica bella profundo
20 indicta et magna pontum sub classe latentem
immissumque fretum terris, iter aequoris undis;
non regis magni spatio maiore canenda
quam sunt acta loquar. Romanae gentis origo,

967 effectus **GL**[2] -os **LM** || 968–970 *del. Hous.*[1] || 968 cui *Scal.*[1] qui **O** | artem **M** arcem **GL** || 969 octatropon per quam *Salmasius*[3] *187* | in diversa *Bent.*
2 uadere **G** inuadere **LM** | saltus **GL**[2] -os **LM** || 4 ignotos *Hous.*[3] dignos **LM** indignos **G** indictos *Gron.*[6] | conor hic et dignos **V** | carmina **M** -ne **GL** | census *Unger 389* cantus **O** || 6 flammis **LMV** -as **GL**[2] -a *Quat.* || 7 *hoc loco* **M**, *post* 37 **GL** | coniuratos **M** curatos **LV** ad curatos **GL**[2] | cadente **M** -es **GL** || 14 Messenes *Goold* messanae **O**, *edd.* || 15 -ve *Bent.* -que **O** | fulmine **d** -na **M** flumina **GL** || 16 urbem **V** orbem **GLM** || 17 -ve *Bent.* -que **O** || 18 -ve *Bent.* -que **O** || 20 magna **M** -no **GL** || 22 magni **M** -no **GL** || 23 sunt *Hous.*[1] sint **M** sit **GL** | loquar **b** -or **GL** liquor **M**

quotque duces urbis tot bella atque otia, et omnis
25 in populi unius leges ut cesserit orbis,
differtur. facile est ventis dare vela secundis
fecundumque solum varias agitare per artes
auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa
materies niteat. speciosis condere rebus
30 carmina vulgatum est, opus et componere simplex.
at mihi per numeros ignotaque nomina rerum
temporaque et varios casus momentaque mundi
signorumque vices partesque in partibus ipsis
luctandum est. quae nosse nimis, quid, dicere quantum est?
35 carmine quid proprio? pedibus quid iungere certis?
huc ades, o quicumque meis advertere coeptis
aurem oculosque potes, veras et percipe voces.
impendas animum; nec dulcia carmina quaeras:
ornari res ipsa negat contenta doceri.
40 et, siqua externa referentur nomina lingua,
hoc operis, non vatis erit: non omnia flecti
possunt, et propria melius sub voce notantur.
Nunc age subtili rem summam perspice cura,
quae tibi praecipuos usus monstrata ministret
45 et certas det in arte vias ad fata videnda,
si bene constiterit vigilanti condita sensu.
principium rerum et custos natura latentum
(cum tantas strueret moles per moenia mundi
et circum fusis orbem concluderet astris
50 undique pendentem in medium, diversaque membra
ordinibus certis sociaret corpus in unum,
aeraque et terras flammamque undamque natantem
mutua in alternum praebere alimenta iuberet,
ut tot pugnantis regeret concordia causas
55 staretque alterno religatus foedere mundus),
exceptum a summa nequid ratione maneret
et quod erat mundi mundo regeretur ab ipso,
fata quoque et vitas hominum suspendit ab astris,
quae summas operum partes, quae lucis honorem,

24 quotque *Bent.* totque **O** | urbis *Bent.* orbis **GL**^{2} -es **LM** || 32 casus **GL**^{2} cursus **V**: *om.* **LM** || 33 signorumque *Bent.* quorumque **M** quorum quae **L** quorum quaeque **GL**^{2} || 34 quid **M** quod **GL** || 35 quid^2 **M** quod **GL** | certis **GL**^{2} certi **LM** || 36 o **GL**: *om.* **M** || 38 animum **LM** -os **G** || 40 referentur **LM** -untur **G** || 44 ministret **b**^{2}**d** -at **O** || 45 det **L** dat **GM** || 47 latentum **G**^{2}**L**^{2} -em **O** || 49 ut **V** || 52 flammamque **L**^{2}**M** -am **GL** -as **V** || 56 summa **b** -mo **O**

60 quae famam assererent, quae numquam fessa volarent.
quae, quasi, per mediam, mundi praecordia, partem
disposita, obtineant, Phoebum lunamque vagasque
evincunt stellas nec non vincuntur et ipsa,
his regimen natura dedit, propriasque sacravit
65 unicuique vices sanxitque per omnia summam,
undique uti fati ratio traheretur in unum.
nam, quodcumque genus rerum, quotcumque labores
quaeque opera atque artes, quicumque per omnia casus
humana in vita poterant contingere, sorte
70 complexa est, tot et in partes, quot et astra locarat,
disposuit, certasque vices, sua munera cuique
attribuit, totumque hominis per sidera censum
ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem
confinis parti vicinis staret in astris.
75 horum operum sortes ad singula signa locavit,
non ut in aeterna caeli statione manerent
et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
ex isdem repetita locis, sed tempore sedes
nascentum acciperent proprias signisque migrarent
80 atque alias ⟨alii⟩ sors quaeque accederet astro,
ut caperet genitura novam per sidera formam
nec tamen incerto confunderet omnia motu.
sed, cum pars operum quae prima condita sorte est
accepit propriam nascentis tempore sedem,
85 cetera succedunt signisque sequentibus haerent.
ordo ducem sequitur donec venit orbis in orbem.
has autem facies rerum per signa locatas,
in quibus omnis erit fortunae condita summa,
ut cursu stellae septem laeduntve iuvantve
90 cardinibusve movet divina potentia mundum,
sic felix aut triste venit per singula fatum,
talis et illius sors est speranda negoti.

60–64 *dist. Reg. et* (**61–62**)*Hous.*^{3} || **62** disposita **GL** de- **M** || **63** euincunt **M** et uincunt **GL** ut uincant **V** | uincuntur **a** -itur **M** -etur **L** -entur **GL**^{2} -antur **V** || **65** summam *Scal.*^{1} -ma **O** || **66** fati *Bonincontrius* -um **O**^{v} || **67** quotcumque *Hous.*^{3} quod- **O** | labores **M** -um **GL** || **69** *dist. Fayus* | sorte **GV** -em **LM** || **70** locarat **d** uocarat **M** -ant **GL** notarat *Scal.*^{1} || **71** disposuit *Bent.* res posuit **O** | munera (munia *Bent.*) *Hous.*^{3} nomina **O** || **74** astris **M** aruis **GL** || **78** eisdem **M** hisdem **GL** || **80** alias *Scal.*^{1} *in notis* -us **O** | alii *add. Bent.* | aliis alio **a** || **81** et **V** || **82** motu **GL**^{2} modum **M** mundo **LV** || **83** sorte *Bent.* arte **M** -que arte **LV** parte **GL**^{2} || **86** orbem **b** -be **O** || **89** cursu *Rossberg 708* cum **LV** (*hic* et *pro* ut) sit cum **G** cumque **M** || **90** mouet **M** -ent **GLV** | mundum *Bent.* -di **O** || **92** ullius *Bent.*

haec mihi sollemni sunt ordine cuncta canenda
et titulis signanda suis rerumque figuris,
95 ut pateat positura operum nomenque genusque.
Fortunae sors prima data est. hoc illa per artem
censetur titulo, quia maxima continet in se
fundamenta domus domuique haerentia cuncta:
qui modus in servis, qui sit concessus in arvis
100 quamque datum magnas operum componere moles,
ut vaga fulgentis concordant sidera caeli.
post hinc militiae locus est, qua quidquid in armis
quodque peregrinas inter versantibus urbes
accidere assuevit titulo comprenditur uno.
105 tertia ad urbanos statio est numeranda labores
(hoc quoque militiae genus est, civilibus actis
compositum) fideique tenet parentia vincla;
format amicitias et saepe cadentia frustra
officia, et cultus contingant praemia quanta
110 edocet, appositis cum mundus consonat astris.
iudiciorum opus in quarto natura locavit
fortunamque fori: fundentem verba patronum
pendentemque reum lingua labrisque loquentis
impositum, et populo nudantem condita iura
115 atque expensa sua solventem iurgia fronte,
cum iudex veri nihil amplius advocat ipso.
quidquid propositas inter facundia leges
efficit, hoc totum partem concessit in unam
atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.
120 quintus coniugio gradus est per signa dicatus
et socios tenet, et committens hospita iura
iungitur et similis coniungens foedus amicos.
in sexta dives numeratur copia sede
atque adiuncta salus rerum, quarum altera quanti
125 contingant usus monet, altera quam diuturni,
sidera ut inclinant vires et templa gubernant.

95 positorum **V** || **97** maxima *Watt* proxima **O** || **98** domui **b** domino **O**[v] | cuncta **b** cauta **O** || **99** qui[2] **M** quis **GL** | concessus **GM** concensus **LV** || **102** hunc **V** | locus **GL** genus **M** *(ex 106)* | qua **GL**: *om.* **M** || **103** quod *Scal.*[1] quo **M** quae **GL** | peregrinas **GL**[2] -na **LM** || **104** accidere *Scal.*[1] accipere **O** || **105** est **GL**: *om.* **M** || **106–107** *dist. Bailey 83* || **106** quoque **GL** que **M** || **111** quarta *Bent.* || **112** fortunam **G** -na **LM** || **113** labris *Bailey*[2] *165 allitterative*: rostris **O** nervis *Hous.*[3] voltuque loquentis / composito *Bent.* || **114** inpositum **M** imposita **GLV** || **118** totum **GL** cum **M** || **119** regunt *Scal.*[1] gerunt **O** | paret *Fayus* -ent **O**[v] || **121** et[2] **GL**: *om.* **M** | committens *Hous.*[1] committem **M** comites **L** comitantes **G** comites fasque *Barth 419* | hospita iura *Hous.*[1] hospitis una **O** || **125** monet **GL** mouet **M**

septima censetur saevis horrenda periclis,
si male subscribunt stellae per signa locatae.
nobilitas tenet octavam, qua constat honoris
130 condicio et famae modus et genus et specioso
gratia praetexto. nonus locus occupat omnem
natorum sortem dubiam patriosque timores
omniaque infantum mixta nutricia turba.
huic vicinus erit, vitae qui continet actum,
135 in quo sortimur mores, et qualibus omnis
formetur domus exemplis, quamque ordine certo
ad sua compositi discedant munera servi.
praecipua undecima pars est in sorte locata,
quae summam nostri semper viresque gubernat,
140 quaque valetudo constat, nunc libera morbis,
nunc oppressa, movent ut mundum sidera cumque.
non alia est sedes, tempusve genusve medendi
quae sibi deposcat vel cuius tempore praestet
auxilium et vitae sucos miscere salubris.
145 ultimus et totam concludens ordine summam
rebus apiscendis labor est, qui continet omnis
votorum effectus, et, quae sibi quisque suisque
proponit studia atque artes, haec irrita ne sint.
seu ferat officium nutus blanditus in omnis,
150 aspera sive foro per litem iurgia temptet,
fortunamve petat pelago ventisque sequatur,
seu Cererem plena vincentem credita messe
aut repetat Bacchum per pinguia musta fluentem,
hac in parte dies atque hac momenta dabuntur,
155 si bene convenient stellae per signa sequentes;
quarum ego posterius vires in utrumque valentis
ordine sub serto reddam, cum pandere earum

127 censetur **b** -entur **O** || **129** qua **b** quo **O** || **130** specioso **L^{2}M** -us (spet- **G**) **GL** || **131** praetextu **b** || **132** natorum *Scal.*^{1} gratorum **LMV** (*unde* gn- *Hous.*^{3}) fatorum **GL^{2}** || **133** infantum *Scal.*^{1} intrantum **O** || **135** sortimur (-tur *Bonincontrius*) *Scal.*^{2} mores **b**: sortium (-tum **V**) rumores **O^{v}** | et qualibus **b** aequalibus **O^{v}** || **136** quamque *falso ex* **M** *rettulit Ellis*^{2} queque **M** quoque **GL** || **137** conpositi **M** composita **GLV** || **139** gubernat **b** -ant **O** || **140** quaque *Dulcinius* quaeque **GL** quae **M** || **141** movent ut *Scal.*^{1} mouent et **GL** mouente **M** || **142** aliast *Scal.*^{1} alias **O** (‘*vestigia priscae scripturae*’ *Scal.*) || **144** sucos **d** -us **O** | miscere **b** miserere **O** || **146** apiscendis **b** aspiciendis **LM** apicendis **GL^{2}** || **151** uentos **V** || **152** plena **GL^{2}** -am **LM** || **153** musta **GL** multa **M** || *post* **153** *in* **M** *titulus* quomodo fortunae locus inueniatur, *deinde* **175–176**: *eadem in* **L** *sub rasura: in* **G** *nihil vitii* || **154** hac^{2} *Fayus* haec **O** || *post* **155** *versus 5, 30* (nam stellis . . .) – *31 Hous.*^{5} || **157** earum *Scal.*^{1} rerum **O**

incipiam effectus. nunc, ne permixta legentem
confundant, nudis satis est insistere membris.
160 Et, quoniam certo digestos orbe labores
nominaque in numerum viresque exegimus omnis
(athla vocant Grai, quae cuncta negotia rerum
in genera et partes bis sex divisa coercent),
nunc, quibus accedant signis quandoque, canendum est.
165 perpetuas neque enim sedes eademve per omnis
sidera nascentis retinent, sed tempore mutant,
nunc huc nunc illuc signorum mota per orbem,
incolumis tamen ut maneat qui conditus ordo est.
ergo age, ne falsa variet genitura figura,
170 si sua quemque voles revocare ad signa laborem,
Fortunae conquire locum per sidera cuncta,
quae primum est aerumnosis pars dicta sub athlis.
qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,
cetera praedicto subeuntibus ordine signis
175 coniunges, teneant proprias ut singula sedes.
et, ne forte vagus Fortunae quaerere sedem
incipias, duplici certam ratione capesse.
cum tibi, nascentis percepto tempore, forma
constiterit caeli, stellis ad signa locatis,
180 transverso Phoebus si cardine celsior ibit
qui tenet exortum vel qui demergit in undas,
per tempus licet affirmes natum esse diei.
at, si subiectis senis fulgebit in astris
inferior dextra laevaque tenentibus orbem
185 cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
haec tibi cum fuerint certo discrimine nota,
tunc, si forte dies nascentem exceperit alma,
a sole ad lunam numerabis in ordine partes
signorum, ortivo totidem de cardine duces,

158 effectus **GL** aff- **M** || **162–163** *dist. Junius 74sq.* || **163** coercent *Reg.* coherent (-haer- **M**) **O** || **164** accedant *Hous.*^{1} ascendant **O** || **166** retinent *Bonincontrius* -et **O**^{v} | tempore *Scal.*^{1} -ra **O** | mutant *Bonincontrius* -at **O**^{v} || **169** variet *Reg.* uaria **O** || **170** uoles **GL**^{2} -ens **LM** | laborem *Bonincontrius* -re **O** -res **V** || **172** est aerumnosis pars *Hous.*^{1} pars est numerosis (mun- **M**) **O** | *versum del. Bent.* || **173** qui **LM** quae **G** || **175** ut **O** et **M** *post 153* || **176** et ne **G** t ne **L** (*qui versum in duas lineas distrahit*) fi **M** (*qui* et ni *ante 154*) || **177** duplici **LM** -em **GL**^{2} | certam *Bent.* -ta **O** || **179** *dist. Bonincontrius* | constiterit **L**^{2}**M** -int **G** cum steterit **L** || **180** si **GL** sic **M** || **183** at **GL**^{2} ac **LM** | senis *Reg.* seuis **GL** seuus **M** Phoebus *Bent.* || **185** natus **GL**^{2} -is **LM** || **187** exceperit **GL**^{2} -cip- **LM** || **188** *om.* **GLV** | ad lunam **b**^{2m}**i** alunam **M** || **189** ort- (-os **V**) tot- **GL** tot- ort- **M**

190 quem bene partitis memorant horoscopon astris.
in quodcumque igitur numerus pervenerit astrum
hoc da Fortunae. iunges tum cetera signis
athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.
at, cum obducta nigris nox orbem texerit alis,
195 siquis erit qui tum materna excesserit alvo,
verte vias, sicut naturae vertitur ordo.
consule tum Phoeben imitantem lumina fratris
semper et in proprio regnantem tempore noctis;
quotque ab ea Phoebus partes et signa recedit
200 tot numerare iubet fulgens horoscopos a se.
hunc Fortuna locum teneat subeuntibus athlis,
ordine naturae sicut sunt cuncta locata.
  Forsitan et quaeras, agili rem corde notandam,
qua ratione queas, natalis tempore, nati
205 exprimere immerso surgentem horoscopon orbe.
quod nisi subtili visum ratione tenetur,
fundamenta ruunt artis nec consonat ordo;
cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,
mentitur faciem mundus nec constat origo
210 flexaque momento variantur sidera templi.
sed, quanta effectu, res est tam plena laboris
cursibus aeternis mundum per signa volantem,
ut totum lustret curvatis arcubus orbem,
exprimere et vultus eius componere certos
215 ac tantae molis minimum deprendere punctum:
quae pars exortum vel quae fastigia mundi
⟨obtineat summi demersosve aequoris undis⟩
auferat occasus aut imo sederit orbe.
  Nec me vulgatae rationis praeterit ordo,
quae binas tribuit signis surgentibus horas
220 et paribus spatiis aequalia digerit astra,
ut parte ex illa, qua Phoebi coeperit orbis,
discedat numerus summamque accommodet astris,
donec perveniat nascentis tempus ad ipsum,
atque, ubi substiterit, signum dicatur oriri.

190 memorant **M** -at **GL** | astris **GL**[2] -ri **LM** || **192** tunc **O** || **195** materna **d** -no **O** || **199** quot **G** quo **LM** | recedunt **V** || **200** fulgens **M**: *om.* **GL** || **204** *dist. Hous.*[3] || **205** immerso *Scal.*[1] inmenso **O** || **206** subtili *Scal.*[2] sub stellis **O** || **208** qui *Reg.* que **LM** quae **GL**[2] || **214** exprimere *Reg.* -met **O**[v] || **215** deprendere (-prehen- **L**) **LM** com- **G** || *post* **216** *versum inseruit Hous.*[3] || **217** aut ferat *Reg.* aut terat *Pingré* | orbe **b** -em **O** | aut imum obsederit orbem *Bent.* || **219** surgentibus **GL** orientibus **M,** *fortasse recte* || **221** coeperit **M** caep- **G** cep- **L**

225 sed iacet obliquo signorum circulus orbe,
atque alia inflexis oriuntur sidera membris,
ast illis magis est rectus surgentibus ordo,
ut propius nodis aliquod vel longius astrum est.
vix finit luces Cancer, vix bruma reducit,
230 quam brevis ille iacet, tam longus circulus hic est;
Libra Ariesque parem reddunt noctemque diemque.
sic media extremis pugnant extremaque summis.
nec nocturna minus variant quam tempora lucis,
sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.
235 in tam dissimili spatio variisque dierum
umbrarumque modis quis credere possit in auras
omnia signa pari mundi sub lege meare?
adde quod incerta est horae mensura neque ullam
altera par sequitur, sed, sicut summa dierum
240 vertitur, et partes surgunt rursusque recedunt;
cum tamen, in quocumque dies deducitur astro,
sex habeat supra terras, sex signa sub illis.
quo fit ut in binas non possint omnia nasci,
cum spatium non sit sibi par pugnantibus horis,
245 si modo bis senae servantur luce sub omni,
quem numerum debet ratio sed non capit usus.
  Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,
ni, lucem noctemque paris dimensus in horas,
in quantum vario pateant sub tempore noris,
250 regulaque exacta primum formetur in hora
quae surgens sidensque diem perpendat et umbras.
haec erit, in Libra cum lucem vincere noctes
incipiunt vel cum medio concedere vere.
tunc etenim solum bis senas tempora in horas
255 aequa patent, medio quod currit Phoebus Olympo.
is cum per gelidas hiemes summotus in austros

228 *post* **233** *olim Hous.*^{1} | propius **GL**^{2} proprius **LM** | nodis *Hous.*^{3} (*quod tamen ipse noluit recipere*) nobis **O** | aliquod **M** -quid **GL** || **229** finit luces **GL** sunt **M**, *unde dubitanter* f. Cancer luces *Hous.*^{32} || **230** ille **V** -la **O** | longus **GM**^{2} -ius **GL** || **231** parem **GLM** pares **V** || **236** credere possit *Hous.*^{3} possit credere **O** || **237** meare *Scal.*^{2} manere **O** || **239** par *Bent.* pars **O** || **242** sex^{1} **L**^{2}**M** sed **GL** | sex^{2}] vi **L** || **243** quo **GL**^{2} quod **LM** | fit **GL** sit **M** || **244** sibi par *Heins.*^{1} tantum **O** || **247–300** *post* **482** *Scal.*^{2} (*et vide ad 301 et 483*) || **250** formetur **LM** -atur **G** | hora *Bent.* -as **O** || **251** surgens sidensque diem *Hous.*^{3} (surgensque diem sidensque expendat *Hous.*^{1}) signemque diem sedem **O** sub lance dies aequa *Bent.* segnemque (**a**) diem segnes (**k**) *Bechert* signetque diem sedem . . . umbris *Breiter* || **254** tempora **b** -re **O** || **256** is **G** his **LMV** | hiemes **c** -me **O** | austros *Scal.*^{1} -ro **V** -rum *Reg.* astro **GLM**

fulget in octava Capricorni parte biformis,
tunc angusta dies vernalis fertur in horas
dimidiam atque novem, sed nox oblita diei
260 bis septem apposita, numerus ne claudicet, hora
dimidia. sic in duodenas exit utrimque
et redit in solidum natura condita summa.
263 inde cadunt noctes surguntque in tempora luces,
268 nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
impulsae, quorum ratio manifesta per artem
270 collecta est venietque suo per carmina textu,
264 donec ad ardentis pugnarunt sidera Cancri;
265 atque ibi conversis vicibus mutantur in horas
brumalis, noctemque dies lucemque tenebrae
267 hibernam referunt, alternaque tempora vincunt.
271 atque haec est illas demum mensura per oras
quas rigat aestivis gravidus torrentibus amnis
Nilus et erumpens imitatur sidera mundi
per septem fauces atque ora fugantia pontum.
275 Nunc age, quot stadiis et quanto tempore surgant
sidera, quotque cadant, animo cognosce sagaci,
ne magna in brevibus lateant compendia dictis.
nobile Lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,
dena quater stadia exoriens duplicataque ducit
280 cum cadit, atque horam surgens eiusque trientem
occupat, occiduus geminat. tum cetera signa
octonis crescunt stadiis orientia in orbem
et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras.
hora novo crescit per singula signa quadrante
285 tertiaque e quinta pars parte inducitur eius.
haec sunt ad Librae sidus surgentibus astris
incrementa: pari momento damna trahuntur
cum subeunt orbem. rursusque a sidere Librae

260 apposita **GL** opp- **M** | ne claudicet hora **G** neclaudice hora **M** nec claudicet horta **L** || **261** dimidia **GL**[2] -as **LMV** | utrinque **V** -unque **G** -umquae **L**[2] -umuae **L** uirumque **M** || **262** natura **M** -ae **GL** || **268–270** *post* **263** *Goold*, *del. Hous.*[1] || **269** quorum *Goold* quarum **O** || **265** ibi **M** ubi **GL** || **271** est illas demum **b** illa demum est **GL** illa demum **M** illorum demum est *olim Hous.*[1] | oras **b** horas **GL** -ra **M** || **272** gravidus *Scal.*[1] gradibus **O** || **274** ora **GL**[2]: *om.* **LM** || **276** quotque *Reg.* quoque **O** quotve *Fayus* || **277** lateant *Jacob* careant **O** pereant *Bent.* || **281** occiduus **GL**[2] -dusis **L** -dus **M** | tum *Reg.* cum **O** || **283** amittunt **d** adm- **O** | gelidas vergentia *Scal.*[1] gelida uergentia **M** gelidasque rigentia **GL** || **285** e quinta pars parte *Hous.*[1] inducitur *Scal.*[2]: in quarta parte si (sic **G**) ducitur **O** || **287–288** *dist. Bent.* || **288** a sidere **V**, *Scal.*[1] ad sidera **O**

ordine mutato paribus per tempora versa
290 momentis redeunt. nam, per quot creverat astrum
Lanigeri stadia aut horas, tot Libra recedit;
occiduusque Aries spatium tempusque cadendi
quod tenet, in tantum Chelae consurgere perstant.
excipiunt vicibus se signa sequentia versis.
295 haec ubi constiterint vigilanti condita mente
iam facile est tibi, quod quandoque horoscopet astrum,
noscere, cum liceat certis surgentia signa
ducere temporibus propriasque ascribere in horas,
partibus ut ratio signo ducatur ab illo,
300 in quo Phoebus erit, quarum mihi reddita summa est.
  Sed neque per terras omnis mensura dierum
umbrarumque eadem est, simili nec tempora summa
mutantur: modus est varius ratione sub una.
nam, qua Phrixei ducuntur vellera signi
305 Chelarumque fides iustaeque examina Librae,
omnia consurgunt binas ibi signa per horas,
quod medius recto praeciditur ordine mundus
aequalisque super transversum vertitur axem.
illic perpetua iunguntur pace diebus
310 obscurae noctes; aequo stat foedere tempus;
nec manifesta patet falsi fallacia mundi,
sed similis simili toto nox redditur aevo;
omnibus autumnus signis, ver omnibus unum,
una quod aequali lustratur linea Phoebo.
315 nec refert illic quo sol decurrat in astro,
litoreumne coquat Cancrum contrane feratur,
[sideribus mediis an quae sint quattuor inter]
quod, quamquam per tris signorum circulus arcus
obliquus iaceat, recto tamen ordine zonae

post **290** *versum 4,106* **L** (*quem prima manus expunxit*), *sed eundem etiam suo loco* || **292** cadendi **MV** canendi **GL** oriendi **G**^{2}**L**^{2} || **293** perstant *Reg.* -at **LM** praestat **G** || **294** excipiunt vicibus *Hous.*^{1} eius (**GL**^{2} ius **LM**) in (nie **M**) exemplum **O** || **295** ubi **M** tibi **GLV** || **296** tibi (t^1) *Bent.* si **O** sic *Scal.*^{1} || **297** signa **M** -is **GL** || **299** signo . . . illo *Hous.*^{1} -is . . . -is **O** || **300** quo *Hous.*^{1} quos **O** quas **V** quis *Bonincontrius* || *post* **300** *transp.* **483–509** *Fayus* || **304** nam qua *Bent.* numquam **O** || **306** ibi *Bent.* sibi **O** || **307** praeciditur *Hous.*^{4} *34* -cing- **O** || **309** illic *Fayus* illi **O**, *quod pro adverbio accipit Jacob* | iunguntur *Reg.* -antur **O** || **311–312** *del. Bent.* || **312** sed *Reg.* nec **O** || **313** autumnus **G**^{2}**L** -is **G** acuminis **M** || **315** refert **G** refer/t **L** resque et **M** | tuunc **M**, *corr.* **M**^{2} | illic quo sol *Hous.*^{3} tunc quo phoebus **O** (quod **L**, *corr.* **L**^{2}) || **316** -ne^1 **b** -ue **O** | -ne^2 **GL** -ue **M** || **317** *del. Bent.* || **319** obliquus *Reg.* -os **O** (*quod pro casus recti vetere scriptura accipit Jacob*)

320 consurgunt supra caput in terrasque feruntur
et paribus spatiis per singula lustra resurgunt,
ac bene diviso mundus latet orbe patetque.
at, simul ex illa terrarum parte recedas,
quidquid ad extremos temet provexerit axes
325 per convexa gradus gressum fastigia terrae,
quam tereti natura solo decircinat orbem
in tumidum et mediam mundo suspendit ab omni, —
ergo ubi conscendes orbem scandensque rotundum
degrediere simul, fugiet pars altera terrae,
330 altera reddetur. sed, quantum inflexeris orbem,
tantum inclinabit caeli positura volantis,
et modo quae fuerant surgentia limite recto
sidera curvato ducentur in aethera tractu,
atque erit obliquo signorum balteus orbe
335 qui transversus erat, statio quando illius una est,
nostrae mutantur sedes. ergo ipsa moveri
tempora iam ratio cogit variosque referre
sub tali regione dies, cum sidera flexo
ordine conficiant cursus obliqua malignos,
340 longius atque aliis aliud propiusve recumbat.
pro spatio mora magna datur: quae proxima nobis
consurgunt, longos caeli visuntur in orbes;
ultima quae fulgent, celeris merguntur in umbras.
et, quanto ad gelidas propius quis venerit Arctos,
345 tam magis effugiunt oculos brumalia signa,
vixque ortis occasus erit. si longius inde
procedat, totis condentur singula membris
tricenasque trahent conexo tempore noctes
et totidem luces adiment. sic parva dierum

320 caput in *Hous.*[3] -que caput **O** || **324** ad extremos **G**[2]**LMV** ab extremo **GL**[2] | temet **GL**[2] tenet **LM** | provecserit *Hous.*[3] (-is *Hous.*[1]) praeuecteris **O** | axes **V**, *Bent.* axe **O** || **325** gradus **GL** grauis **M** trahas *Hous.*[1] trahens *Bent.* | fastigia **M** uestigia **GL** || **326** orbem **b** -be **O** || **327–328** *dist. Junius 78* || **327** mundo **G** in m. **LMV** | ab **GL**[2] ad **LMV** || **328** conscendes **b** consedes **O** | scandens **GLV** -es **L**[2]**M** || **329** degrediere **G** di- **LM** || **330** inflexeris *Hous.*[1] -it **O**, *quo servato* orbis *Fayus* | orbem *Scal.*[1] -be **O** || **331** inclinabit **b**[2]**e** -uit **O** | positura **GL**[2] -ri **LM**: *om.* **V** || **332** limite recto **b** limiter (-et **L**[2] -is **G**) octo **O** || **333** ducentur *Bonincontrius* -untur **O** || **334** obliquo *Scal.*[1] -quus **GL** -tuus **M** || **335** statio *Scal.*[1] spatio **O** || **337** iam **M** nam **L** nec **G** | uarios **GL**[2] uanos **LM** || **343** quae **G** que et **LM** | umbras **MV** -is **GL** || **344** quanto **GL**[r]**V** quando **LM** || **345** effugiunt **V** efficiunt **O** off- **L**[2] | oculos **M** -is **GL** || **346** ortis *Bent.* -us **O** || **348** trahent **M** -et **GL** | connexo **GM** conuexa **L**

350 efficitur mora et attritis consumitur horis
paulatimque perit, spatio fugientibus astris.
pluraque, per partes surrepto tempore, signa
quaerentur medio terrae celata tumore
abducentque simul Phoebum texentque tenebras,
355 mensibus ereptis donec sit debilis annus.
si vero natura sinat sub vertice caeli,
quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,
aeternas super ire nives orbemque rigentem
prona Lycaoniae spectantem membra puellae,
360 stantis erit caeli species, laterumque meatu
turbinis in morem recta vertigine curret.
inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt
circuitu, nullos umquam fugientia visus
sed teretem acclini mundum comitantia spira.
365 hic erit una dies per senos undique menses
dimidiumque trahens contextis lucibus annum,
numquam erit occiduus quod tanto tempore Phoebus,
dum bis terna suis perlustrat cursibus astra,
sed circum volitans recto versabitur orbe.
370 at, simul e medio praeceps descenderit orbe
inferiora petens deiecto sidera curru
et dabit in pronum laxas effusus habenas,
per totidem menses iunget nox una tenebras
vertice sub caeli. nam quisquis spectat ab axe,
375 dimidium e toto mundi videt orbe rotundi,
pars latet inferior; neque enim circumvenit illum
recta acies, mediaque tenus distenditur alvo.
effugit ergo oculos summo spectantis ab orbe
dum sex summersis vectatur Phoebus in astris,

350 efficitur **G** off- **LM** | attritis **G** -cis **L** atricis **M** || **351** fugientibus *Hous.*[1] fulgentibus **O**, *quo servato* statio *Scal.*[1] || **352** subrepto *Fayus* subrupto **O**, *quod pro eodem accipit Scal.*[1] || **353** quaerentur **M** -untur **GL** | terrae *Scal.*[2] tempore **O** | tumore **L**[r], *Bonon.* timore **O** || **354** abducent *Reg.* ad- **O** || **355** ereptis *Fayus* eruptis **O**, *quod pro eodem accipit Scal.*[1] || **359** prona **G**[2]**L**[2]**M** prima **GL** | licaonie **M** -icae **GL** || **360** meatu **GM** -um **LV** || **361** curret *Bent.* -it **O** || **362** patebunt **M** -it **GL** || **363** circuitu **GLV** 'circum **M** || **364** spira *Bent.* semper **O** (*unde* spera *Hous.*[1] *ad 576*) || **369** versabitur *Hous.*[1] uersetur (**LMV** -atur **GL**[2]) ab **O** visetur ab axe *Bent.* || **370** *om.* **M** (*ob homoeoteleuton*) || **371** curru *Bent.* cursu **O** || **373–374** *dist. Bent.* || **373** tenebras **d** -is **O** || **374** axe *Bent.* omni **O** ('*cum scriba ab his versibus in* ab axe *et* rotundi *exeuntibus ad 327 sq. aberrasset, quorum exitus sunt* ab omni *et* rotundum' *Hous.*[3]) || **375** ex **V** et **O** (*cf. 1, 203*) | mundi *Postgate 28* -um **O** || **377** media **GL**[2]**V** -am **LM** | distenditur *Bailey*[2] *165* -tinguitur **O**

380 abducitque simul luces tenebrasque relinquit
sideribus, donec totidem, quot mensibus actis
cesserat, inde redit geminasque ascendit ad Arctos.
hic locus in binas annum noctesque diesque
per duo partitae dirimit divortia terrae.
385 Et, quoniam quanto varientur tempora motu
et quibus e causis dictum est, nunc accipe, signa
quot surgant in quoque loco cedantque per horas,
partibus ut prendi possint orientia certis,
ne falsus dubia ratione horoscopos erret.
390 atque hoc in totum certa sub lege sequendum est,
singula quod nequeunt, per tot distantia motus,
temporibus numerisque suis exacta referri.
a me sumat iter positum, sibi quisque sequatur
perque suos tendat gressus, mihi debeat artem.
395 quacumque hoc parti terrarum quisque requiret,
deducat proprias noctemque diemque per horas
maxima sub Cancro minimis quae cingitur umbris;
et sextam summae, fuerit quae forte, diurnae
vicino tribuat post Cancri templa Leoni;
400 at quae nocturnis fuerit mensura tenebris
in totidem partes simili ratione secanda est,
ut, quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus
temporis averso nascenti sidere Tauro.
has inter quasque accipiet Nemeeius horas
405 quod discrimen erit, per tris id divide partes,
tertia ut accedat Geminis, qua tempora Tauri
407 vincant, atque eadem Cancro similisque Leoni,
411 sed certa sub lege, prioris semper ut astri
412 incolumem servent summam crescantque novando.
408 sic erit ad summam ratio perducta priorem
quam modo divisis Nemeaeus duxerit horis.

380–382 *praeeunte* **L** *dist. Jacob* || **380** abducit *Reg.* ad- **O** || **382** inde **f**, *Reg.* unde **O** | redit **M** regit **GL** || **385** quanto **L**^{r}**r** quinto **O**^{v} | varientur *Tappertz 23* -antur **O** || **386** et **G** e **LM** || **390** *et* **392** *dist. Reg.* || **393** *dist. Hous.*^{3}, *qui* iter, post hinc sibi *etc. temptavit* || **395** parti **q**, *Bonincontrius* para **M** para i **L** parati **L**^{2} parte **GV** || **398** fuerit **b** -int **O**^{v} || *inter* **399** *et* **400** **GL** *exhibent 4, 10–313: verum ordinem servavit* **M** || **400** at quae **GL**^{2} atque **LM** || **402** tribuatur **GL**^{2} -antur **LM** || **403** averso *Huet* adu- **O** | nascenti sidere *Scal.*^{1} -ia -ra **O** || **404–406** *om.* **M** (*ob homoeoteleuton*) || **404** Nemeeius *Scal.*^{1} nemeus in **GL** || **405** partis **G** -tus **L** || **406** qua **GL** quam **V** quae **e** | tauri *Reg.* -ro **GL** || **407** vincant *Hous.*^{1} -at **M** -eat **L** -iat **GL**^{2} || **411–412** *post* **407** *transp. Hous.*^{1} || **411** ut **LM** in **G** | astri *Reg.* -is **O** || **412** seruent **m** -et **O** | crescant *Bent.* -at *Huet* -ens **O** || **409** quam modo *Bent.* quomodo **O** | Nemeaeus *Quat.* nemea si **O**

410 inde pari Virgo procedat temporis auctu.
413 his usque ad Chelas horarum partibus aucta
per totidem e Libra decrescent sidera partes.
415 et, quantis in utrumque moris tollentur ad ortus,
diversam in sortem tantis mergentur ad umbras.
haec erit horarum ratio ducenda per orbem
⟨signorum: nunc in noscenda pone laborem⟩
illa, quot stadiis oriantur quaeque cadantque.
quae ⟨quater et⟩ cum ter centum vicenaque constent,
420 detrahitur summae tota pars, quota demítur usque
omnibus ex horis aestivae nomine noctis,
solstitium summo peragit cum Phoebus Olympo.
quodque his exsuperat demptis id ducito in aequas
sex partes, sextamque ardenti trade Leoni.
425 rursus qui steterit numerus sub nomine noctis
eius erit signo Tauri pars illa dicanda.
quodque, haec, exsuperat, pars cum superatur ab illa,
distinguitque duas medio discrimine summas,
tertia pars eius, numero super addita Tauri,
430 tradetur Geminis. simili tum cetera lucro
procedent numeros semper tutata priores
augebuntque novo vicinas munere summas,
donec perveniant ad iustae sidera Librae:
ex illa totidem per partes sic breviantur
435 Lanigeri ad fines; conversaque omnia lege
accipiunt perduntque paris cedentia sortes.
haec via monstrabit stadiorum ponere summas
et numerare suos ortus per sidera cuncta.
quod bene cum propriis simul acceptaveris horis,

410 auctu *Reg.* actu **O** || **413** Chelas *Bent.* denas **O** | aucta *Bent.* -is **O** || **414** e Libra *Hous.*[3] a L. *Fayus* librae **O** || **415** in **GL**: *om.* **M** | quantis utrimque *Bent.* | moris *Hous.*[1] modis **O** || **416** mergentur **GL** -is **M** || *post* **417** *lacunam statuit Jacob (non Pingré, quem laudat), suppl. Hous.*[3] || **418** stadiis **L**[r]**d** standis **O** stantis **V** || **419** quater et *Bailey 83*: *om.* **O** | ter centum (**M** trecentum **GL**) numeris (**GL**[2] -us **LMV**) **O**: *del.* numeris *Jacob, qui* et (atque *Hous.*[3]) quater *substituit* | vicena *Benincontrius* uicina **O** || **420** quota demitur *Fayus* quod ademitur **LMV** quota demit **L**[2] quot ademit **G** | usque *Jacob* utque **LMV** uterque **GL**[2] || **422** peragit *Scal.*[2] -at **O** || **423** ducito **G** ducit **LM** diduc id *Müller 255* diducito (*om.* id) *Jacob* || **425** steterit **GL**[2] -is **LMV** | nomine **b** numine **O** || **427** haec . . . pars cum *Bailey 83 sq.* hanc . . . partem **O** || **429** numero **GL**[2] -um **LMV** | tauris **V** || **430** tradetur *Jacob* (*non* **e**) traditur **M** traditur et **GL** | tunc **O** || **431** procedent **M** -unt **GL** | tutata **GL**[2] tutota **L** tunc tota **V** tanta **M** | prioris **O** (*accusativus est*) || **432** novo *Scal.*[1] nouem **O** | munere *Bent.* -ro **M** -ra **G** numero **LV** nomine **d** || **433** perueniant **G** -ent **L**[2] -et **LM** || **437** monstrabit **G** -uit **LM**

440 in nulla fallet regione horoscopos umquam,
cum poterunt certis numerari singula signa
temporibus parte ex illa quam Phoebus habebit.
Nunc, quibus hiberni momentis surgere menses
incipiant (neque enim paribus per sidera cuncta
445 procedunt gradibus, nivei dum vellera signi
contingant aequum luces cogentia et umbras
ferre iugum), magna est ratio breviterque docenda.
principio capienda tibi est mensura diei
quam minimam Capricornus agit, noctisque per horas
450 quam summam; quodque a iusto superaverit umbris,
perdiderint luces, eius pars tertia signo
tradenda est medio semper, qua sorte retenta
dimidio vincat primum, vincatur et ipsum
extremo: totum in partes ita digere tempus.
455 his opibus tria signa valent; sed summa prioris
ac medii numeri coniuncta sequentibus astris
cesserit, ut, senis fuerit si longior horis
brumali nox forte die, Capricornus in horam
dimidiam attollat luces, et Aquarius horam
460 ipse suam proprie ducat summaeque priori
adiungat, Pisces tantum sibi temporis ipsi
constituant, quantum accipiant de sorte prioris,
et tribus expletis horis noctemque diemque
Lanigero tradant aequandam tempore veris.
465 incipit a sexta tempus procedere parte
dividuum; triplicant vires haerentia signa
467 ultimaque acceptas duplicant. ita summa diebus
473 redditur, aequatae solvuntur faenore noctes
474 rursus et incipiunt propria de sorte diebus
468 cedere diversa labentia tempora lege.
namque Aries totidem deducit noctibus horas
470 quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces,
hora datur Tauro, cumuletque ut damna priora

444 incipiant **GL**[2] -am **LM** || **446** contingant **M** -unt **GL** | luces **b** lucis **O** || **449** horas *Scal.*[2] -am **O** || **450** quodque a . . . umbris *Hous.*[1] quoque ad . . . umbras **O**[v] || **451** perdiderint *Hous.*[1] etrepident **M** et trepident **GLV** || **454** digere **GL**[2]**M** degere **LV** || **455–456** *del. Bent.*, **457** cesserit *in* sic erit *mutato* || **456** ac medii *Hous.*[1] accedit **O** || **457** senis *Hous.*[1] ternis **O** (= ui *et* iii) || **458** horam *Hous.*[3] -ra **O** || **459** dimidiam **L** -ia **GL**[2]**M** || **461** ipsi **d** ipse **LM** ipsae **G** || **462** accipiant **O** (*cf. 402*) -iunt **c** *et olim Hous.*[1] | prioris **O** -es *olim Hous.*[1] -um *Scal.*[1] || **465** parte **GL**[2] par tempus **LM** || **466** haerentia *Reg.* arentia **O** || **473–474** (*omissos ob homoeoteleuton et male repositos*) *ante* **468** *transp. Bent.*: **468** *post* **474** *Scal.*[1]

dimidiam adiungunt Gemini. sic ultima primis
475 respondent, pariterque, illis quae proxima fulgent,
et media aequatis censentur viribus astra.
[praecipuosque gerunt varianda ad tempora motus]
hac vice descendunt noctes a sidere brumae
tolluntурque dies, annique invertitur orbis,
480 solstitium tardi dum fit sub sidere Cancri;
tumque diem brumae nox aequat, tempora noctis
longa dies, similique redit, quam creverat, actu.
Illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum
quod quandoque vadis emissum redditur orbi.
485 nam quota sit lucis, si luce requiritur, hora
aspicies, atque hunc numerum revocabis in ipsum
multiplicans decies, adiectis insuper eidem
quinque tamen summis, quia qualicumque sub hora
ter quinas mundi se tollunt sidera partes.
490 hic ubi constiterit numerus, coniungere et illas,
quae superent Phoebo partes per signa, memento.
ex hac tricenas summa per sidera partes
distribues, primamque vicem, quo Phoebus in astro
fulserit, inde aliis, solem quaecumque sequentur.
495 tum quo subsistet numerus consumptus in astro
quave in parte suam summam nomenque relinquet
haec erit exoriens et pars et forma per ignes.

* * * * *

contineat partes. ubi summam feceris unam,
tricenas dabis ex illa per singula signa,

472 gemini **G** -is **LM** || **475** *dist. Hous.*[1] || **477** *del. Bent. ex 385 confictum* || **478** hac **GL**[2] haec **LM** | descendunt *Bent.* discedunt **O** | a sidere *Scal.*[1] ad sidera **O** || **480** dum *Scal.*[1] cum **O** || **481–482** *del. Bent.* || **481** tuncque **O** || **482** simili *Scal.*[1] -is **O** | quam **O** (*ab Hous.*[5] *ad 402 defensum*) quo *Reg.*, *fortasse recte* || **483–509** *post* **300** *Fayus: versus ut interpolatos del. Brind'Amour, propter orationem loci Manilianam vix probandus* || **483** astrum **GM** austrum **L** || **487** multiplicans **M** -catis **L** -ca// **GV** | decies v decens **LM** dece/ **G**: *om.* **V** | eidem *Scal.*[1] iisdem **G** hisdem **LM** || **488** summis **GM** summus **L** sumis **L**[2] || **489** se *Scal.*[1] sex **O** || **490** coniungere **L** -ges **M** -gis **GL**[2] -gens **V** || **491** memento **b** momenta **O**[v] || **492** summa *Reg.* -as **O** || **495** *om.* **V** || **496** nomen *Huet* (*ad 448, p. 42*) numeri **O** | relinquet *Jacob* -it **O** || *post* **497** *lacunam statuit Jacob, cuius sententia fuit: 'si nocte requiritur horoscopus, nocturnam horam quindecies multiplica; huic numero adde summam partium quas Sol in signo suo iam percucurrit; item adice centum octoginta, ut computatio tua diurnas quoque'* contineat partes || **498** summam ... unam **G** -ma ... -um **LMV** | feceris *Scal.*[1] -it **O**

500 donec deficiat numerus; quaque ille sub astri
parte cadet, credas illam cum corpore natam
esse hominis pariterque orbem vidisse per umbras.
sic erit ipse tibi rapidis quaerendus in astris
natalis mundi certoque horoscopos ortu,
505 ut, cum exacta fides steterit sub cardine primo,
fallere non possint summi fastigia caeli,
non celeres obitus, stent fundamenta sub imo,
[stent veri stellarum obitus verique subortus]
sideraque in proprias vires sortesque recedant.
510 Nunc sua reddentur generatim tempora signis,
quae divisa etiam proprios ducuntur in annos
et menses lucesque suas horasque dierum,
per quae praecipuas ostendunt singula vires.
primus erit signi, quo Sol effulserit, annus,
515 annua quod lustrans consumit tempora mundum;
proximus atque alii subeuntia signa sequuntur.
Luna dabit menses, peragit quod menstrua cursum.
tutelaeque suae primas horoscopos horas
asserit atque dies, traditque sequentibus astris.
520 sic annum mensesque suos natura diesque
atque ipsas voluit numerari signa per horas,
omnia ut omne foret divisum tempus in astra
perque alterna suos variaret sidera motus,
ut cuiusque vices ageret redeuntis in orbem.
525 idcirco tanta est rerum discordia in aevo
et subtexta malis bona sunt lacrimaeque sequuntur
vota nec inconstans servat fortuna tenorem;
usque adeo permixta fluit nec permanet usquam,
amisitque fidem variando cuncta per omnis.
530 non annis anni nec menses mensibus usquam

500 quaque **L**^{2} quamque **GL** quae **M** | ille **GL** illa **M** | astri *Scal.*^{1} -is **O** || **502** umbras *Bailey*^{2} *165* ignes **O** (*ex 497*) || **505** exacta *Bent.* ex hac **O** | fides **O**^{v} sedes **L**^{2} || **506** possint *Reg.* -it **O** || **507** non celeres *Hous.*^{3} nosceret **M** non feret **GL** conferet **V** | obitus *Bent.* oblitus **O** || **508** *del. Bent.* | stent **GL**^{2} stant **LV** sint **M** | obitus *Wakefield ad Lucr. 3, 303* ortus **O** || **509** sidera *Breiter*^{2} *700* dena **O**^{v} || **511** quae **GL**^{2} quique **LM** || **513** quae *Scal.*^{1} quos **O** || **515** annua *Bent.* annum **O** | mundum **LM** -di **GL**^{2} (quo . . .) -dus **V** || **516** alii *Scal.*^{2} aliis **M** illis **GL** || **517** quod **GL**^{2}**M** quo **LV** || **519** traditque **G** -it **LMV** || **520** suos **G** tuos **LM** || **521** numerari **b** -andi **GLM** -ando **V** || **525** tanta est **GL**^{2} tanta **M** -am **L** || **527** inconstans *Goold* in cunctos **O** inceptum *Postgate 29* || **528** usquam **G** usque **LM** || **530** annis **M** -us **GLV** | anni **LM** -is **GL**^{2}**V** | usquam **GV** usque **LM**

conveniunt, seque ipsa dies alia usque requirit
horaque non ulli similis producitur horae,
tempora quod distant, propriis parentia signis,
per numeros omnis aevi divisa volantis,
535 talisque efficiunt vitas casusque animantum,
qualia sunt, quorum vicibus tum vertimur, astra.
Sunt quibus et caeli placeat nascentis ab orae
sidere, quem memorant horoscopon inventores,
parte quod ex illa describitur hora diebus,
540 omne genus rationis agi per tempora et astra
et capite ex uno menses annosque diesque
incipere atque horas tradique sequentibus astris;
et, quamquam socia nascantur origine cuncta,
diversas tamen esse vices, quod tardius illa,
545 haec citius peragant orbem. semel omnia ad astra
hora die, bis mense dies venit, unus in anno
mensis et exactis bis sex iam solibus annus.
difficile est in idem tempus concurrere cuncta,
unius ut signi pariter sit mensis et annus
⟨atque dies atque hora simul: sibi discrepat ordo.
saepe fit ut, mitis tulerint qui sideris annum,⟩
550 asperioris agant mensem; si mensis in astrum
laetius inciderit, signum sit triste diei;
si fortuna diem foveat, sit durior hora.
idcirco nihil in totum sibi credere fas est,
non annos signis, menses vertentibus annis,
555 mensibus aut luces, aut omnis lucibus horas,
quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,
et modo dest aliis, modo adest, vicibusque recedit

531 ipse **a** | alia usque *Garrod*[2] *180* aliumque **O** aliamque **V** aliunde *Postgate 29* | requirit **GL**[2] -et **LMV** relinquit **b** revisit *Bent.* || 532 ulli **GM** nulli **L** || 533 distant *Jacob* sistant **O**[v] || 535 vitas *Hous.*[3] menses **O** mentes *Stoeber* mores *Jacob* vires *Bent.* census *Breiter*[2] *703* | animantum *Hous.*[1] animantur **M** minantur **GL** || 537 et **GL**[2]**V**: *om.* **LM** | placeat **M** pateat **GL** | orae *Hous.*[3] horae **O** ora **V**, *olim Hous.*[1] ortu *Bent.*, 538 *deleto* || 538 horoscopon **M** -os **GL** -us **V** | inventores *Postgate 11* inuenturos **O** || 540 agi **LMV** -it **GL**[2] || 541 capite **d** capit **O** || 542 tradique *Junius 86* tradit **O**[v] || 543 socia **M** spacia **GLV** | nascantur **m** -untur **O** || 544 diuersas . . . uices **LM** diuisas . . . ciues **G** || 545 semel *Hous.*[1] uenit **O** (*cf. 546*) | omnia ad astra *Hous.*[1] omnis ad astrum **O** || 546 die **d** dies **O** | uenit **d** semel **O** (*cf. 545*) || 547 annus *Scal.*[1] -um **O** || 549 ut **d** et **O** || *post* 549 *lacunam statuit Huet, exemplum suppl. Hous.*[3] || 550 agant *Ellis 107* -at **b** -am **O**[v] || 551 *et* 552 sit *Scal.*[1] si **O** || 554 signis **GV**, *Scal.*[1] -ni **LM** || 557 aliis **LM**[2] -us **GL**[2]**M** -ud *Reg.* | adest **GL**[2] est **LMV**

aut redit atque alio mutatur tempore tempus
interpellatum variata sorte dierum.
560 Et, quoniam docui, per singula tempora, vitae
quod quandoque genus veniat, cuiusque sit astri
quisque annus, cuius mensis, simul hora diesque,
altera nunc ratio, quae summam continet aevi,
reddenda est, quot quaeque annos dare signa ferantur.
565 quae tibi, cum finem vitae per sidera quaeris,
respicienda manet ratio numerisque notanda.
bis quinos annos Aries unumque triente
fraudatum dabit. appositis tu, Taure, duobus
vincis, sed totidem Geminorum vinceris astro,
570 tuque bis octonos, Cancer, binosque trientes,
bisque novem, Nemeaee, dabis bessemque sub illis.
Erigone geminatque decem geminatque trientem,
nec plures fuerint Librae quam Virginis anni.
Scorpios aequabit tribuentem dona Leonem.
575 Centauri fuerint eadem quae munera Cancri.
ter quinos, Capricorne, dares, si quattuor essent
appositi menses. triplicabit Aquarius annos
quattuor et menses vitam producet in octo.
Piscibus est Aries et sorte et finibus haerens:
580 lustra decem tribuent solis cum mensibus octo.
Nec satis est annos signorum noscere certos,
ne lateat ratio finem quaerentibus aevi:
templa quoque et partes caeli sua munera norunt
et proprias tribuunt certo discrimine summas,
585 cum bene constiterit stellarum conditus ordo.
sed mihi templorum tantum nunc iura canentur;
mox veniet mixtura suis cum viribus omnis,
cum bene materies steterit percognita rerum
non interpositis turbatarum undique membris.
590 si bene constiterit primo sub cardine Luna,

558 atque **GL**^{2} autque **LM** || **559** uariata **GL**^{2} -atam **M** -antam **L** || **560** *dist. Bent.* | docui *Bent.* duci **O** dixi *Reg.* || **561** veniat *Bent.* -nit **O** || **567** triente *Scal.*^{1} -em **O** || **569** sed (set **L**) **GL**^{2} et **M** || **570** binos **GL** annos **M** || **571** Nemeaee *Pruckner* nemeae **G** neme e **LM** | dabis **d** tribues **LM** -is **G** | bessem **M**, *Scal.*^{1} bissem **GL** || **573** anni **GL**^{2} -is **LM** || **575** centauri **L**^{2}**M** contauri **L** cum tauri **G** || **576** essent **L**^{2} -et **GLM** || **577** triplicabit *Bonincontrius* -uit **O** || **578** producet *Bent.* -it **O** || **580** tribuent *Fayus* -et **O** | solis **G** -es **LMV** || **581–617** *numerorum rationem perspexit Garrod*^{2} *181* || **586** templorum tantum nunc **GL** nunc tantum templorum **M** || **588** percognita **b** per cognita **O** prae co- **V** praeco- *Scal.*^{1} || **589** turbatarum *Hous.*^{1} turbatur **M** -antur **L** -abitur **G**

qua redit in terras mundus, nascensque tenebit
exortum, octo tenor decies ducetur in annos
si duo decedant. at, cum sub culmine summo
consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
595 bis quadragenos occasus dives in actus
solis erat, numero nisi desset olympias una.
imaque tricenos bis fundamenta per annos
censentur bis sex adiectis messibus aevo.
quodque prius natum fuerit dextrumque trigonum
600 hoc sexagenos tribuit duplicatque quaternos.
quod fuerit laevum praelataque signa sequetur
tricenos annos duplicat, tris insuper addit.
quaeque super signum nascens a cardine primum
tertia sors manet et summo iam proxima caelo
605 haec ter vicenos geminat, tris abstrahit annos.
quaeque infra veniet spatio divisa sub aequo
per quinquagenas complet sua munera brumas.
quemque locum superat nascens horoscopos, ille
dena quater revocat vertentis tempora solis
610 accumulatque duos cursus iuvenemque relinquit.
at qui praecedit surgentis cardinis oram
vicenos ternosque dabit nascentibus annos
vix degustatam rapiens sub flore iuventam.
quod super occasus templum est ter dena remittit
615 annorum spatia et decimam tribus applicat auctis.
inferius puerum interimet, bis sexque peracti
immatura trahent natales corpora morti.
Sed tamen in primis memori sunt mente notanda
partibus adversis quae surgunt condita signa

591 qua *Bent.* quo O^{v} | redit **LM** credit **G** | tenebit **G** -at **LM** || **592** octo tenor *Hous.*^{1} octonos **O** || **593** si **L** ni **GM** | decedant GL^{2} -cid- **LM** || **595** quadragenos *Huet* -us **M** -is **GL** || **596** olympias una **c** olimpia (-pa **M**) luna O^{v} || **597** ima *Scal.*^{1} prima **O** (*i. e.* i^{ma}) || **598** messibus *Postgate 32* mensibus **O** || **599** quod GL^{2} quo **LM** || **601** sequetur **b** -entur O^{v} || **602** duplicat **G** -ant **LM** || **604** sors manet *Hous.*^{1} forma **LM** forma est GL^{2} || **605** haec **e** nec **O** | abstrahit **G** -at **LM** || **606** veniet *Scal.*^{1} -ens O^{v} || **607** per **V** ter **GLM** | quinquagenas $GL^{2}M$ -os **L** | complet **a** -ent O^{v} | brumas **M** -ma **GL** || **609** dena $L^{2}M$ dona **GL** nona **V** || **611** praecedit **G** -cidit **LM** | oram *Hous.*^{1} horam **O** || **614** templum *Fayus* temptatum **O** | ter **M**: *om.* **GL** (*propter metrum*) | dena **O** trina *olim Hous.*^{1} | remittit **GL** renutrit **M** || **615** decimam **GL** decum **M** *reliqua versus parte omissa* | auctis **GL** -um *olim Hous.*^{1} actis **V** || **616** inferius *Bonincontrius* int- O^{v} | interimet **GL** in **M** *reliqua versus parte omissa* | que **L**: *om.* **G** | peracti *Scal.*^{1} -is **GL** || **617** trahent **LV** -ant **M** -et **G** | natales *Scal.*^{1} -is **O**, *quod ille, sicut et Hous.*^{3}, *pro casu recto habet* | corpora GL^{2} -re **LM** | morti $L^{2}M$ -is **V** morbus **G** morque **L**

620 divisumque tenent aequo discrimine caelum;
quae tropica appellant, quod in illis quattuor anni
tempora vertuntur signis nodosque resolvunt
totumque emutant converso cardine mundum
inducuntque novas operum rerumque figuras.
625 Cancer ad aestivae fulget fastigia zonae
extenditque diem summum parvoque recessu
destruit et, quanto fraudavit tempore luces,
in tantum noctes auget: stat summa per omnis.
tum Cererem fragili properant destringere culmo,
630 Campus et in varias destringit membra palaestras,
et tepidas pelagus iactatum languet in undas.
tunc et bella fero tractantur Marte cruenta
nec Scythiam defendit hiems; Germania sicca
iam tellure fugit Nilusque tumescit in arva.
635 hic rerum status est, Cancri cum sidere Phoebus
solstitium facit et summo versatur Olympo.
Parte ex adversa brumam Capricornus inertem
per minimas cogit luces et maxima noctis
tempora, producitque diem tenebrasque resolvit,
640 inque vicem nunc damna legit, nunc tempora supplet.
tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra,
nec tolerant medias hiemes sudantia saxa,
statque uno natura loco paulumque quiescit.
Proxima in effectum et similis referentia motus
645 esse ferunt luces aequantia signa tenebris.
namque Aries Phoebum repetentem sidera Cancri
inter principium reditus finemque coercet
tempora diviso iungens concordia mundo,
convertitque vices victumque a sidere Librae
650 exsuperare diem iubet et succumbere noctes,
aestivi donec veniant ad sidera Cancri.

620 tenent **GL**^{2} -et **LM** || **623** emutant **M** emittunt **GL** || **626** paruo **GL** parito **M** pariter **v** parili *Bent.* || **628** augit **GV** || **629** tum **M** tunc **G** cum **L** | properant **LMV** -at **GL**^{2} || **630** destringit *Jacob* -ingunt **GL** -igunt **M** || **631** tepidas (-um **b**) *Hous.*^{5} trepidum **GLV** templum **M** | trepidum pelagus pacatas (*praeeunte Jevero 457*) *Breiter*^{2} *704* || **632** marte **GL**^{2} morte **LM** || **634** arua **v** aura **LM** -as **GL**^{2} || **635** hic **b** hinc **O** | rerum **LM** iterum **GL**^{2} | status **M** satus **L** situs **GL**^{2} satio **V** || **637** aduersa **GL**^{2} -so **LM** | brumam **b** -ae **O**^{v} || **638** per **LM** ter **G** || **640** legit **O**^{v} regit *Bailey*^{2} *166* || **641** riget **b**^{2}**i** figit **M** fugit **GLV** || **643** statque uno **G** stantque uno **L** stat quinto **M** || **644** effectum **c** efectum **a** infectum **O**^{v} effectu **b** || **645** tenebris *Barth 465* diebus **O**, *quo servato* noctes *pro* luces *Scal.*^{1} || **649** victum] auctum *dubitanter Hous.*^{3} | a sidere **M** Librae *Hous.*^{1}: ad sidera **GL** brumae **O** a sidere brumae *def. Bent.* || **651** ad sidera **GL** a sidere **M** (*ex 649*)

tum primum miti pelagus consternitur unda
et varios audet flores emittere tellus;
tum pecudum volucrumque genus per pabula laeta
655 in Venerem partumque ruit, totumque canora
voce nemus loquitur frondemque virescit in omnem.
viribus in tantum signi natura movetur.
Huic ex adverso simili cum sorte refulget
Libra diem noctemque pari cum foedere ducens,
660 tantum quod victas usque ad se vincere noctes
ex ipsa iubet, ad brumae dum tempora surgant.
tum Liber gravida descendit plenus ab ulmo
pinguiaque impressis despumant musta racemis;
mandant et sulcis Cererem, dum terra tepore
665 autumni resoluta patet, dum semina ducit.
Quattuor haec et in arte valent, ut tempora vertunt
sic hos aut illos rerum flectentia casus
nec quicquam in prima patientia sede manere.
sed non per totas aequa est versura figuras,
670 annua nec plenis flectuntur tempora signis.
una dies sub utroque aequat sibi tempore noctem,
dum Libra atque Aries autumnum verque figurant;
una dies toto Cancri longissima signo,
cui nox aequalis Capricorni sidere fertur:
675 cetera nunc urgent vicibus, nunc tempora cedunt.
una ergo in tropicis pars est cernenda figuris,
quae moveat mundum, quae rerum tempora mutet,
facta novet, consulta alios declinet in usus,
omnia in aversum flectat contraque revolvat.
680 has quidam vires octava in parte reponunt;
sunt quibus esse placet decimae; nec defuit auctor
qui primae momenta daret frenosque dierum.

654 tunc **O** || **657** signi *Reg.* -is **LM** segnis **G** || **658** huic **LM** hinc **G** || **659** pari cum **b** paritur **M** partitur **GLV** | foedere **b** -ra **O**^{v} | ducens **G** ducem **LMV** || **661** ad **GLV** a **M** | dum *Hous.*^{3} tum **GLV** cum **M** | surgant *Hous.*^{3} uincat **LMV** -it **GL**^{2} -unt **b** || **663** musta **GL** in uicta **M** || **665** dum **b**^{2}**i** tum **LV** cum **M** tunc **G** | ducit **M** -at **LV** -unt **GL**^{2} || **668** nec quicquam **a** nec cuiquam **G** nequiquam **M** necui quiquam **L** || **670** annua *Hous.*^{1} omnia **O** | flectuntur **LM** uertuntur **G** || **673** toto **LM** tanto **G** || **674** cui **G** qui **LM** || **675** tempora **b** -re **O** || **676** cernenda **GL**^{2} gerdenda **LM** || **677** mutet **G** -ent **LMV** || **678–679** *om.* **V** || **678** novet *Scal.*^{1} mouent **LM** -ens **GL**^{2} || **679** auersum **LM** adu- **G** | flectat ... reuoluat **GL**^{2} -ant ... -ant **LM** || **680** quidam **M** quidem **L** aequidem **G** | octaua **L** -at **G** -am **M** || **681** decimae (*casu genetivo*) *Hous.*^{1} -as **O** -am *Bent.* -a ('*potest legi* ... parte *scilicet*') *Scal.*^{1}

LIBER QVARTVS

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis
torquemurque metu caecaque cupidine rerum
aeternisque senes curis, dum quaerimus, aevum
perdimus et nullo votorum fine beati
5 victuros agimus semper nec vivimus umquam,
pauperiorque bonis quisque est, quia plura requirit
nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat,
cumque sibi parvos usus natura reposcat
materiam struimus magnae per vota ruinae
10 luxuriamque lucris emimus luxuque rapinas,
et summum census pretium est effundere censum?
solvite, mortales, animos curasque levate
totque supervacuis vitam deplete querellis.
fata regunt orbem, certa stant omnia lege
15 longaque per certos signantur tempora casus.
nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
hinc et opes et regna fluunt et, saepius orta,
paupertas, artesque datae moresque creatis
et vitia et laudes, damna et compendia rerum.
20 nemo carere dato poterit nec habere negatum
fortunamve suis invitam prendere votis
aut fugere instantem: sors est sua cuique ferenda.
an, nisi fata darent leges vitaeque necisque,
fugissent ignes Aenean, Troia sub uno
25 non eversa viro fatis vicisset in ipsis?
aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres,
Roma casis enata foret, pecudumque magistri
in Capitolinos duxissent fulmina montes,
includive sua potuisset Iuppiter arce,
30 captus et ⟨a⟩ captis orbis foret: igne sepulto
vulneribus victor repetisset Mucius urbem,

6 bonis **GL**^{2} -us **LM** | quia *Hous.*^{13} qui **O** quo (*Scal.*^{1}) | plura pararit *Bent.* | *et* **6** *et* **7** *del. Barth 914* || **8** sibi *Bent.* sui **O** || **10–313** *ante 3, 400 exhibent* **GL** (*causam transpositionis exposuit Hous.*^{3} *ad 399 et vol. 5 p. xxii*) || **13** deplete *Scal.*^{1} deflere **O** || **15** casus **GM** cursus **L** || **16** = *CIL II 4426* (*CEL 1489, 3 Büch.*) || **17** hinc *Huet* tunc **O** || **18** creatis **LM** -ti **GL**^{2} || **19** laudes *Jacob* clades **O** || **20** carere dato *Bent.* caret damno **O** || **21** prendere **M** pendere **GL** | uotis **G** uobis **LMV** || **22** sua cuique **b** uacuique **O**^{v} || **23** an *Barth 915* aut **G** at **L**^{2} ad **LM** id **V** || **24** fugissent **M** fulsissent **GL** || **26** proiectos **GL**^{2} -us **LM** || **27** enata **LM** et nata **G** || **28** duxissent *Junius 89* auxissent **O** haus- **V** | fulmina **b** flum- **O**^{v} || **30** a *add. Scal.*^{2}: *om.* **O** | captis **G** capitis **LM** || **31** mutius **GL** iuuenis **M** | urbem **GL**^{2} orbem **LM**

solus et oppositis clausisset Horatius armis
pontem urbemque simul, rupisset foedera virgo,
tresque sub unius fratres virtute iacerent?
35 nulla acies tantum vicit: pendebat ab uno
Roma viro regnumque orbis sortita iacebat.
quid referam Cannas admotaque moenibus arma
38a|39b Varronemque fuga magnum | Fabiumque morando
39a|38b postque tuos, Trasimenne, lacus, | cum vincere posset,
40 accepisse iugum victae Carthaginis arces,
seque ratum Hannibalem nostris cecidisse catenis
exitium generis furtiva morte luisse?
adde etiam Latias acies Romamque suismet
pugnantem membris, adice et civilia bella
45 et Cimbrum in Mario Mariumque in carcere victum.
quod, consul totiens, exul, quod ⟨de⟩ exule consul
adiacuit Libycis compar iactura ruinis
eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem,
hoc, nisi fata darent, numquam fortuna tulisset.
50 quis te Niliaco periturum litore, Magne,
post victas Mithridatis opes pelagusque receptum
et tris emenso meritos ex orbe triumphos,
cum te iam posses alium componere Magnum,
crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis
55 eiectaeque rogum facerent fragmenta carinae?
quis tantum mutare potest sine numine fati?
ille etiam caelo genitus caeloque receptus,
cum bene compositis victor civilibus armis
iura togae regeret, totiens praedicta cavere

33 pontem **GM** montem **LV** || **36** iacebat **GL** -it **M** || **38–39** *particulas sic transp. Jebb* (**39** *ante* **38** *Jacob*) || **38** fuga *Bent.* pugum **O** | (**39b**) fabium **GL**^{2} fauium **M** fauum **L** faunum **V** | morando *Bent.* -antem **O** || **38b** quom *Jebb* quam **O**^{v} qua *Hous.*^{1} | uincere **G** uiuere **LM** | posset **b** -it **O**^{v} | **38–39** *sic dubitanter Hous.*^{1}*:* quidve tuos, Trasimenne, lacus, Fabiumque morantem / Varronemque fuga nanctum qua vincere posset? || **40–42** *del. Bent.* || **41** seque ratum *Hous.*^{4} speratum **O**^{v} || **42** exitium *Breiter* exilium **O** | generis *Hous.*^{32} -que regi **L** -que rogi **M** -que rei **GV** || **43** Latias *Hous.*^{4} italas **GLMV** italicas **L**^{2} | acies **M**: *om.* **LV** uires **L**^{2} *et ante* italas **G** || **44** adice et **a** et adice **L**^{2} adice **GLM** || **45** in^1 *del. Rossberg*^{1} *709* || **46** de *add. Gron.*^{3} *IV 20*: *om.* **LMV** -que **G** et **L**^{2} || **48** eque *Scal.*^{2} seque **O**^{v} | urbem *Scal.*^{1} orbem **M** arces **GLV** (*ex 40*) || **49** numquam **GL** um- **M** || **51** uictas **GL** metas **M** || **53** te iam *Bailey 84* iam etiam **O** | posses **GL**^{2} -et **LM** -ent *Barth 929, quo recepto versum inseruit Hous.*^{13} cum iam etiam possent a. c. M. / ⟨Pellaei vicina loco monumenta tyranni⟩*; aliter apud Hous.*^{4} ⟨regia Pellaeum servantia busta tyrannum⟩ || **55** eiectae *Scal.*^{2} electae **O**^{v} || **58** uictor ciuilibus **GL**^{2} uictorum uilibus **MV** (*et fortasse* **L**) || **59** iura **GL**^{2}**M** iuro **L** iure **V** | regeret **GL**^{2} -it **LM**

60 vulnera non potuit: toto spectante senatu,
indicium dextra retinens nomenque, cruore
delevit proprio, possent ut vincere fata.
quid numerem eversas urbes regumque ruinas,
inque rogo Croesum Priamique in litore truncum,
65 cui nec Troia rogus? quid Xerxen, maius et ipso
naufragium pelago? quid capto sanguine regem
Romanis positum, raptosque ex ignibus ignes
cedentemque viro flammam quae templa ferebat?
quot subitae veniunt validorum in corpora mortes
70 seque ipsae rursus fugiunt errantque per ignes!
ex ipsis quidam elati rediere sepulcris,
atque his vita duplex, illis vix contigit una.
ecce levis perimit morbus graviorque remittit;
succumbunt artes, rationis vincitur usus,
75 cura nocet, cessare iuvat, mora saepe malorum
dat pausas; laeduntque cibi parcuntque venena.
degenerant nati patribus vincuntque parentes
ingeniumque suum retinent; transitque per illum,
ex illo fortuna venit. furit alter amore
80 et pontum tranare potest et vertere Troiam,
alterius frons est scribendis legibus apta.
ecce patrem nati perimunt natosque parentes
mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.
non hominum hoc bellum est; coguntur tanta moveri
85 inque suas ferri poenas lacerandaque membra.
quod Decios non omne tulit, non omne Camillos
tempus et invicta devictum mente Catonem,
materies in rem superat sed lege repugnat.
et neque paupertas breviores excipit annos
90 nec sunt immensis opibus venalia fata,
sed rapit ex tecto funus Fortuna superbo
indicitque rogum summis statuitque sepulcrum.

60–61 *dist. Bent.* || **61** inditium **GL** iudicium **M** || **63** urbes **GL** orbes **M** || **64** Priami *Hous.*^{1} -um **GL** primum **M** || **65** xerxem **L**^{2} -xe **G** erxe **LM** || **66** quid **M** quod **GL** || **68** quae **f**, *Barth 929* qui **O** || **69** quod **GL**^{2}**M** quo **LV** | in **GL**^{2}: *om.* **LMV** || **75** mora saepe **O** medicina *Hous.*^{1}, *qui coniecturam Garrodianam numquam cognovisse videtur* || **76** dat **GL**^{2} dant **LMV** | pausas *Garrod*^{3}, *R. G. Mayer 1974 in litteris ad me missis* causas **O** || **77** degenerant **GL** deuenerant **M** || **79** ex illo **GL** exilio **M** || **81** frons **GLV** syons **M** || **84** moueri **G** -entur **LMV** || **86** omne^1 **GL**^{2} mone **L** moue **M** || **87** mente *Bent.* morte **O**, *quo servato* inuictum deuicta **b**, invita devictum *Markland 118b* || **88** in rem **GL** uirem **M** | sed **GL**^{2}**M** sed in **L** || **89** breuiores **G** -is **LM** || **91** ex tecto *Bent.* exceptos **O** | funus **GL** fumis **M** | superbo **d** -os **O**

quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis!
quin etiam infelix virtus et noxia felix,
95 et male consultis pretium est, prudentia fallit;
nec Fortuna probat causas, sequiturque merentis,
sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.
scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,
maius, et in proprias ducat mortalia leges
100 attribuatque suos ex se nascentibus annos
fortunaeque vices. permiscet saepe ferarum
corpora cum membris hominum: non seminis ille
partus erit; quid enim nobis commune ferisque,
quisve in portenti noxam peccarit adulter?
105 astra novant formas caelumque interserit ora.
denique, si non est, fati cur traditur ordo,
cunctaque temporibus certis ventura canuntur?
nec tamen haec ratio facinus defendere pergit
virtutemve suis fraudare in praemia donis.
110 nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas
quod non arbitrio veniunt sed semine certo,
gratia nec levior tribuetur dulcibus escis
quod natura dedit fruges, non ulla voluntas.
sic hominum meritis tanto sit gloria maior
115 quod caelo laudem debent, rursusque nocentis
oderimus magis in culpam poenasque creatos.
nec refert scelus unde cadat, scelus esse fatendum.
hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.
[quod quoniam docui, superest nunc ordine certo
120 caelestis fabricare gradus, qui ducere flexo
tramite pendentem valeant ad sidera vatem]
Nunc tibi signorum mores summumque colorem
et studia et varias artes ex ordine reddam.
Dives fecundis Aries in vellera lanis
125 exutusque novis rursum spem semper habebit,
naufragiumque inter subitum censusque beatos

96 causas **GL²** -sa **LM** || **100** se nascentibus **GL²** enascentibus **LM** || **103** nobis **GL²** nouis **LM** || **104** in portenti **b** inportent **LM** importans **G** || **105** ora **G** hora **LM** horas **V** || **106** *in* **L** *etiam ante 3, 291 exstat: om.* **V** || **108** pergit **GL²** -gi **LM** || **110** minus **b** magis **O^v** || **112** dulcibus **b** -ior **O** || **113** ulla **G** nulla **LM** || **114** meritis **GL²** mentis **L** eritis **M** meriti *Postgate 35* | sit **M** fit **GL** || **115** quod **LM** quo **G** | laudem debent *Hous.*[1] gaudente (suadente *Postgate 35*) uenit **O** || **117** cadat **G** -it **LM** || **118** fatale **GL** facile **M** || **119–121** *del. Bent.* || **120** flexo **GL²** plexo **LMV** || **121** pendentem **M** prudentem **GL** || **123** studia et *Bent.* studii **O** || **125** nouis **GL²** nobis **LM** novans *Bailey 86* || **126** -que¹ *add.* **b**: *om.* **O** inter naufragium **L^r**

crescendo cadet et votis in damna feretur,
in vulgumque dabit fructus et mille per artes
vellera diversos ex se parientia quaestus:
130 nunc glomerare rudis nunc rursus solvere lanas,
nunc tenuare levi filo nunc ducere telas,
nunc emere et varias in quaestum vendere vestes,
quis sine non poterant ullae subsistere gentes
vel sine luxuria. tantum est opus, ipsa suismet
135 asseruit Pallas manibus dignumque putavit,
seque in Arachnaeo magnam putat esse triumpho.
haec studia et similis dicet nascentibus artes,
et dubia in trepido praecordia pectore finget
seque sua semper cupientia vendere laude.
140 Taurus simplicibus dotabit rura colonis
pacatisque labor veniet; nec praemia laudis
sed terrae tribuet partus. summittit in astris
colla iugumque suis poscit cervicibus ipse.
ille suis Phoebi portat cum cornibus orbem
145 militiam indicit terris et segnia rura
in veteres revocat cultus, dux ipse laboris,
nec iacet in sulcis solvitque in pulvere pectus.
Serranos Curiosque tulit fascesque per arva
tradidit, eque suo dictator venit aratro.
150 laudis amor tacitae; mentes et corpora tarda
mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido.
Mollius e Geminis studium est et mitior aetas
per varios cantus modulataque vocibus ora
et gracilis calamos et nervis insita verba
155 ingenitumque sonum: labor est etiam ipse voluptas.
arma procul lituosque volunt tristemque senectam,
otia et aeternam peragunt in amore iuventam.
inveniunt et in astra vias numerisque modisque

127 cadet **b** -it **O** | uotis **M** uatis **L** uates **L**^{2} natis **G** || 128 uulgum **M** iugulum **GLV** | dabit **GL**^{2}**M** -is **LV** || 129 parientia **GL**^{2} parentia **LM** || 131 tela *Bent.* || 132 emere **V** gemere **GLM** | uestes **GL**: *om.* **M** || 134 *dist. Hous.*[13] || 136 arachneo **M** archaneo **L** araneo **GL**^{2} arachnea **d** | magnam **M** -na **L** -num **GL**^{2} | triumpho *Jacob* -ūm **O** | in Arachnea magnum portasse triumphum *Bent.* || 138 finget *Scal.*[1] figunt **L**^{2} figum **M** signum **GLV** figet **b** || 140 dotabit **G** -uit **LMV** || 141 pacatis **b** -ti **GLV** pacat **M** || 142 summittit **L** summit ut **G** summit *ceteris omissis* **M** | in astris *Bent.* in antris **GLV** aratris **b** || 144 portat **GL**^{2} potat **LMV** || 145 segnia **GL**^{2} signia **L** signa **M** || 148 fasces **GM**^{2}**V** faces **LM** | arua **G** aura **LM** -as **L**^{2} || 150 *dist. Reg.* || 152 mollius **b** -ibus **O** follibus **V** || 153 ora **G** hora **LM** || 155 ipse *Thomas 6* ipsa **O** || 157 amore *Bent.* morte **O**

consummant orbem postque ipsos sidera linquunt:
160 natura ingenio minor est perque omnia servit.
in tot fecundi Gemini commenta feruntur.
Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam,
quam Phoebus summis revocatus cursibus ambit,
articulum mundi retinet lucesque reflectit.
165 ille tenax animi nullosque effusus in usus
attribuit varios quaestus artemque lucrorum:
merce peregrina fortunam ferre per urbes
et gravia annonae speculantem incendia ventis
credere opes orbisque orbi bona vendere posse
170 totque per ignotas commercia iungere terras
atque alio sub sole novas exquirere praedas
et rerum pretio subitos componere census.
ignava et, celeris optando sortibus annos,
dulcibus usuris aequo Iove tempora vendit.
175 ingenium sollers suaque in compendia pugnax.
Quis dubitet, vasti quae sit natura Leonis
quasque suo dictet signo nascentibus artes?
ille novas semper pugnas, nova bella ferarum
apparat, et spolio vivit pecorumque rapinis;
180 hos habet hoc studium, postes ornare superbos
pellibus et captas domibus praefigere praedas
et pacare metu silvas et vivere rapto.
sunt quorum similis animos nec moenia frenent,
sed pecudum mandris media grassentur in urbe
185 et laceros artus suspendant fronte tabernae
luxuriaeque parent caedem mortesque lucrentur.
ingenium ad subitas iras facilisque recessus
aequale et puro sententia pectore simplex.
189 At quibus Erigone dixit nascentibus aevum
191 ad studium ducet mores et pectora doctis

159 postque *Bent.* -quam **O** || **162** metam *Bent.* uictam **O** uitam **V** || **163** cursibus *Hous.*[1] curr- **O** || **164** luces **G** lucis **LM** | reflectit **L**[2]**M** -te **L** -tiet **G** reflexae **V** || **169** opes **GL** opus **M** || **173** ignava *Hous.*[1] nauigat **O** || **174** Iove *Hous.*[1] que **LM** quoque **G** (*et hoc et* aequo *om.* **V**) || **179** apparat et **GL**[2] apparet **LMV** | spolio uiuit pecorum **M** pecorum spolio uiuit **GL** || **180** hos *Hous.*[4] hoc **O** hoc habet hic *Fayus* | postis . . . superbos **b** positis . . . -is **O**[v] || **182** rapto *Reg.* uictor **O**[v] uicto **b**, *Scal.*[2] *in notis, Markland 44a* || **183** frenent **b** frenis **O**[v] || **184** pecudum **M** pecorum **GL** | mandris *Hous.*[4] menbris **GL** membris **M** | grassentur **LM** -antur **G** || **185** suspendant **GL**[2] -at **LM** || **186** mortes **M** mores **GLV** || **187** recessus **GL**[2] recensus **LM** || **188** puro **c** puero **O** || **189** at **G** a **LM** | dixit **G**[2]**LM** duxit **GV** || **190** *post* **201** *Hous.*[1] || **191** ducet *Bent.* -it **O**

artibus instituet, nec tam compendia census
quam causas viresque dabit perquirere rerum.
illa decus linguae faciet regnumque loquendi
195 atque oculos mentis, qui possint cernere cuncta
quamvis occultis naturae condita causis.
hinc et scriptor erit velox, cui littera verbum est
quique notis linguam superet cursimque loquentis
excipiat longas nova per compendia voces.
200 in vitio bona sunt: teneros pudor impedit annos,
201 magnaque naturae cohibendo munera frenat
190 ora magisterio nodisque coercita Virgo.
202 nec fecundus erit (quid mirum in virgine?) partus.
Librantes noctem Chelae cum tempore lucis
per nova maturi post annum munera Bacchi
205 mensurae tribuent usus ac pondera rerum
et Palamedeis certantem viribus ortum,
qui primus numeros rebus, qui nomina summis
imposuit certumque modum propriasque figuras.
hic etiam legum tabulas et condita iura
210 noverit atque notis levibus pendentia verba,
et licitum sciet, et vetitum quae poena sequatur,
perpetuus populi privato in limine praetor.
non alio potius genitus sit Servius astro,
qui leges proprias posuit, cum iura retexit.
215 denique, in ambiguo fuerit quodcumque locatum
et rectoris egens, diriment examina Librae.
Scorpios armata violenta cuspide cauda,
qua, sua cum Phoebi currum per sidera ducit,
rimatur terras et sulcis semina miscet,
220 in bellum ardentis animos et Martia castra
efficit et multo gaudentem sanguine mentem
nec praeda quam caede magis. quin ipsa sub armis

194 illa **MV** ille **GL** || **195** mentis qui **M** menti qua **GLV** menti quis *Pingré* | possint *Bent.* -it **O** || **198** *om.* **M** | linguam **GL**^{2} liquam **L** || **200** bona sunt *Ellis 120* bonas ut **LM** bonus ut **GL**^{2} (ut *saltem* **V**) || **190** ora **GLV** opta **M** apta *Bent.* | nodis *Hous.*^{1} (nodo *Scal.*^{1}) nudos **O** || **202** quid **M** quod **GL** | in **GL**^{2}: *om.* **LM** || **203** librantes **L**^{r}**b** libantes **O** | noctem **LM** -te **GV** | chelae **L**^{2}**M** cheleum **GL** chelarum (*om.* cum) **V** || **204** per . . . post annum **O**^{v} pes . . . pulsat cum *Hous.*^{1} || **205** mensurae **G** -ra et **LM** -rae et **L**^{2} -rae at **V** | pondera **GL** tempora **M** || **206** orcum **V** || **207** numeros **GL**^{2} -us **LM** || **209** iura **GL** rura **M** || **211** sequatur **G** -etur **L**^{2} -entur **LM** || **212** limine **b** lum- **O** || **214** proprias *Bent.* potius **O** | cum **GLM** quam **G**^{2}**L**^{2} || **215** in **GL**^{2} et in **LM** || **216** egens **GL** tegens **M** || **217** scorpius **b** -on **O**^{v} | armata **GL** -ti **M** || **221** multo **GL**^{2} -um **LM** | mentem *Hous.*^{1} ciuem **O**

pax agitur: capiunt saltus silvasque peragrant,
nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum,
225 nunc caput in mortem vendunt et funus harenae,
atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.
sunt quibus et simulacra placent et ludus in armis
(tantus amor pugnae), discuntque per otia bellum
et quodcumque pari studium producitur arte.
230 At, quibus in bifero Centauri corpore sors est
nascendi concessa, libet subiungere currus,
ardentis et equos ad mollia ducere frena
et totis armenta sequi pascentia campis,
quadrupedum omne genus positis domitare magistris,
235 exorare tigres rabiemque auferre leoni
cumque elephante loqui tantamque aptare loquendo
artibus humanis varia ad spectacula molem.
quippe ferae mixtum est hominis per sidera corpus
impositumque manet, quocirca regnat in illas.
240 quodque intenta gerit curvato spicula cornu,
et nervos tribuit membris et acumina cordi
et celeris motus nec delassabile pectus.
Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes:
hinc artes studiumque trahis. nam quidquid in usus
245 ignis eget poscitque novas ad munera flammas
sub te censendum est. scrutari caeca metalla,
depositas et opes terrarum exurere venis,
materiamque manu certa duplicare erit a te,
quidquid et argento fabricetur, quidquid et auro.
250 quod ferrum calidi solvant atque aera camini
consummentque foci Cererem, tua munera surgent.
addis et in vestes studium mercemque fugantem
frigora, brumalem servans per saecula sortem,
qua retrahis ductas summa ad fastigia noctes
255 nascentemque facis revocatis lucibus annum.

223 peragrant **V**, *Ellis*[3] *277* -arant **LM** -errant **GL**[2] || **224** uiolenta ferarum **GL** uolentia ferrum **M** || **225** funds **b** finis **O**[v] || **228** pugnae **G** pugna est **LM** -ae est **L**[2] || **240** quod **b** quo **O**[v] | intenta **GL** interna **M** || **243** uesta tuos **GL**[2]**V** uastat uos **L** rescat (e **M**[2] t **M**) uos **M** || **244** trahis **b** -it **O**[v] || **245** eget **LMV** agit **GL**[2] | nouas **O** bonas *Haupt*[2] *342* (*1866*) tuas *Bailey 84* | munera **GL**[2] numera **M** flumina **LV** munia *Bent.* || **247** terrarum *Bent.* terramque **O**[v] terraeque **b** || **248** duplicare (*Markland 102a*) erit a te *Hous.*[4] duplicari et arte **O** duplicarier arte **b** certam duplicare per artem *Markland* duplicare repertam *Haupt*[2] *343* (*1866*) || **250** calidi **G** -is **LMV** || **251** consumment *Huet* -sument **O** -sumant **b** || **252** fugantem *Fayus* fugacem **O** || **253** frigora **LMV**, *Fayus* -re **GL**[2] | seruant **V**

hinc et mobilitas rerum, mutataque saepe
257a | 258b mens natat; et | Veneri mixto cum crimine servit
258a | 257b pars prior, at | melior iuncto sub pisce senecta est.
Ille quoque, inflexa fontem qui proicit urna,
260 cognatas tribuit iuvenalis Aquarius artes:
cernere sub terris undas, inducere terris,
ipsaque conversis aspergere fluctibus astra
litoribusque novis per luxum illudere ponto
et varios fabricare lacus et flumina ficta
265 et peregrinantis domibus suspendere rivos.
mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda.
quippe etiam mundi faciem sedesque movebit
sidereas caelumque novum versabit in orbem.
⟨tempore non ullo subolem taedebit Aquari,⟩
quae per aquas veniunt, operum, fontesque sequuntur.
270 mite genus dulcesque fluunt a sidere partus,
pectora nec sordent; faciles in damna feruntur;
nec dest nec superest census. sic profluit urna.
Ultima quos gemini producunt sidera Pisces,
his erit in pontum studium, vitamque profundo
275 credent et puppes aut puppibus arma parabunt,
quidquid et in proprios pelagus desiderat usus.
innumerae veniunt artes: vix nomina rebus
sufficiunt, tot sunt parvae quoque membra carinae.
adde gubernandi studium, quod venit in astra
280 et pontum caelo vincit. bene noverit orbem
fluminaque et portus, mundum ventosque, necesse est
iamque huc atque illuc agilem convertere clavum
et frenare ratem fluctusque effundere rector,
iam remis agere et lentas inflectere tonsas.

256 hinc *Scal.*^{1} hic **O** sic **V** | mobilitas **M** no- **GL** | mutata **b** mutuata **O** || **257—258** *particulas sic transp. Hous.*^{1} || **257 (258b)** ueneri **GL** uentri **M** || **258** at *Scal.*^{1} et **GL**^{2}**M**: *om.* **L** (*et* **V** *qui* parsque prior) | **(257b)** iuncto **b** -ta **O**^{v} | pisce **GLM** pace **V** || **263** luxum **G** -am **LM** | ponto **GL**^{2} pondo **LM** || *post* **268** *versum excidisse statuit Hous.*^{4}*, quo praecipiente sensum suppl. Goold* || **269** *dist. Hous.*^{1}: *post* **266** *Scal.*^{1} (perque arcus . . .): *del. Bent.* | fontis **V**, *Salmasius*^{2} *519b C* pontis **LM** -es **G** | sequuntur **l** sequentur **O** || **270** mite **GL**^{2} mitte **LM** | a (ab *Scal.*^{2}) sidere *Scal.*^{1} ad sidera **O** || **272** urna **Gl** orna **LM** || **275** et **LM** in **G** || **279** quod *Hous.*^{4} per- **O**^{v} | in **GL**^{2}**M**: *om.* **LV** || **280** uincit **O** iunxit **V** coniunxit (*om.* et) **b** vinxit set *Müller 408* | bene *Hous.*^{4} et **O** || **281** *dist. Bechert* | mundum **MV** -dūs (*et* uentus) **L** -di **GL**^{2} || **282** illuc **G** huc **LM**: *om.* **V** | agilem *Susius* aligem **G** caliginem **L** -ne **M**: *om.* **V** || **283** effundere **GLM** -fin- **L**^{2} | rector *Scal.*^{2} *in notis* rectos **O** || **284** *dist. Reg.* | iam *Hous.*^{4} aut **O** | remis agere (aggere **M**) **LM** remos agitare **G**

285 quin placidum ductis everrere retibus aequor
litoribusque suis populos exponere captos
aut uncos celare cibis aut carcere fraudem,
navalis etiam pugnas, pendentia bella,
attribuunt pelagique infectos sanguine fluctus.
290 fecundum genus est natis et amica voluntas
et celeres motus mutataque cuncta per aevum.
  Hos tribuunt mores atque has nascentibus artes
bis sex materia propria pollentia signa.
  Sed nihil in semet totum valet: omnia vires
295 cum certis sociant signis sub partibus aequis
et velut hospitio mundi commercia iungunt
conceduntque suas partes retinentibus astris.
quam partem Graiae dixere decanica gentes.
a numero nomen positum est, quod partibus astra
300 condita tricenis triplici sub sorte feruntur
et tribuunt denas in se coeuntibus astris
inque vicem ternis habitantur sidera signis.
sic altis natura manet consaepta tenebris
et verum in caeco est multaque ambagine rerum;
305 nec brevis est usus nec amat compendia caelum,
verum aliis alia opposita est et fallit imago
mentiturque suas vires et munera celat.
quae tibi non oculis, alta sed mente fuganda est
caligo, penitusque deus, non fronte, notandus.
310   Nunc quae sint coniuncta quibus quove ordine reddam,
ne lateant aliae vires aliena per astra.
namque Aries primam partem sibi vindicat ipsi,
altera sors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
sidera sic inter divisum dicitur astrum
315 totque dabit vires dominos quotcumque recepit.

285 quin *Hous.*[1] quid **O** quod **V** | euerrere **M**, *Scal.*[1] euertere **GL** || **287** *dist. Jacob* | uncos **GL** iuncos **M** || **289** fluctus **b** luctus **O** || **290** natis **LMV**, *Scal.*[2] nautis **GL**[2] | uoluntas **G**[2]**LM** uoluptas **GL**[2] || **294** semet totum **GL** totum semet **M** semet solum *Bailey 84* | in s. t. '*in omnes sui partes*' *Hous.*[4] *coll. 2, 688* || **295** partibus **O** sortibus *Bent., etiam mutatis 312, 313, 316, 321, 328, 332, 335, 336, 343, 344, 370, 378: quem Hous. ad 321 refellit* || **298** Graiae *Salmasius*[3] *558* deganae **LMV** decanae **GL**[r] || **299** a **G** an **LM** | nomen **G** numen **L** numem **M** || **303** consaepta **b** -specta **O**[v] || **304** caeco **M**, *Scal.*[1] caeno **GLV** || **307** munera *Hous.*[4] (munia *Bent.*) nomina **O** | caelat **GL** caelai **M** || **308** alta **b** alia **O**[v] (*abl. instrumenti Bühler 478 sq., separationis Hous. ad loc.*) || **309** penitus deus est **V** || *inter* **313** *et* **314** *in* **GL** (*et ut videtur in* **V**) *3, 400 – 4, 9* || **314** sidera sic inter *Hous.*[4] sic inter (in ter *Scal.*[1]) denas (densas **GL**) **O** sic inter trinos *Bent.* | ducitur **e** || **315** reposcit **V**

diversa in Tauro ratio est, nec parte sub ulla
censetur: Cancro primam mediamque Leoni,
extremam Erigonae tribuit. natura per astrum
stat tamen et proprias miscet per singula vires.
320 Libra decem partes Geminorum prima capessit,
Scorpios adiunctas; Centauri tertia pars est,
nec quicquam numero discernitur, ordine cedit.
Cancer in adversum Capricorni derigit astrum
bis quinas primum partes, dignatus in illo
325 temporis articulo sub quo censetur et ipse,
quod facit aequalis luces brumalibus umbris
cognatamque gerit diverso in cardine legem;
alterius partis perfundit Aquarius ignes,
quem subeunt Pisces extremo sidere Cancri.
330 at Leo consortis meminit sub lege trigoni
Lanigerumque ducem recipit Taurumque quadrato
coniunctum sibi; sub Geminis pars tertia fertur:
hos quoque contingit per senos linea flexus.
praecipuum Erigone Cancro concedit honorem
335 cui primam tribuit partem; vicina relicta est
vicino, Nemeaee, tibi; pars ipsius una est
quae fastidito concessa est iure potiri.
sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem
noctes atque dies diverso in tempore secum
340 Lanigerum sequitur: veris iuga temperat ille,
haec autumnalis componit lucibus umbras:
nulli concedit primam, traditque sequenti
vicinam partem; Centauri tertia summa est.
Scorpios in prima Capricornum parte locavit,
345 alterius dominum fecit cui nomen ab undis,
extremas voluit partes sub Piscibus esse.
at qui contento minitatur spicula nervo

316 ulla *Fayus* illa **O** || **318–319** *dist. Bent.* || **318** Erigonae *Dulcinius* trigone **G** erigonem **L** -eu **M** || **321** adiunctas *Fayus* -ta **O** | pars est *Scal.*[1] partes **GLM** parte **L**^{2} sors est *Bent.* || **322** quicquam **L**, *Hous.*[1] quisquam **GL**^{2}**M** | discernitur **LM** dec- **G** || **326** umbris **d** undis **O**^{v} || **328** partis perfundit **GL**^{2} -es -et **LM** | ignes **LM** -em **G** || **332** tertia] $\overset{a}{\text{iii}}$ **L** || **333** hos . . . senos **LM** his . . . . -as **G** | flexus **GM** -os **L** || **334** principium **V** || **335** cui **M**, *Scal.*[1] cum **GL** | primam tribuit **M** tribuit primam **GL** || **335–336** *dist. Reg.* || **336** Nemeaee *Ald.* nemee **O** || **338** exemplo **b** extemplo **O** || **340** veris *Bonincontrius* uerbis **O** | iuga **GL**^{2}**M** iura **L** ius **V** || **341** haec **LMV** hic **G** hac **L**^{2} | lucibus **c** lucidus **O** lancibus *Reg.* | umbras *Hous.*[1] horas **O** || **342** tradit **GL**^{2} -didit **L** trahit **M** || **343–344** *post* **342** *Bonon.*, *post* **348** **O**^{v} || **343** portio summa est *Bailey*[2] *166* || **344** capricorni **V** || **345** fecit cui nomen **M** cui nomen fecit **GL** || **347** at qui **GL**^{2} atque **L** atque in **M**

Lanigero primas tradit sub iure trigoni
et medias Tauro partes Geminisque supremas.
350 nec manet ingrati Capricornus crimine turpis
sed munus reddit Cancro recipitque receptus
principiumque sui donat; coniuncta Leonis
regna ferunt, summas partes et Virginis esse.
fontibus aeternis gaudens urnaque fluenti
355 iura sui Librae permittit prima regenda,
haerentisque decem partes Nepa vindicat ipsi;
summas Centaurus retinet iuvenale per astrum.
iam superant gemini Pisces, qui sidera claudunt.
Lanigero primos tradunt in finibus usus,
360 perque decem medias partes tu, Taure, receptus;
quod superest, ipsi sumunt, utque orbe feruntur
extremo sic et sortis pars ultima cedit.
Haec ratio retegit latitantis robora mundi
in plurisque modos repetitaque nomina caelum
365 dividit et melius sociat, quo saepius, orbem.
nec tua sub titulis fallantur pectora notis:
dissimulant, non ostendunt mortalibus astra.
altius est acies animi mittenda sagacis
inque alio quaerendum aliud iunctisque sequendum
370 viribus; et, cuius signi quis parte creatur,
eius habet mores atque illo nascitur astro.
talis per denas sortes natura feretur.
testis erit varius sub eodem sidere fetus,
quodque in tam multis animantum milibus, uno
375 quae veniunt signo, tot sunt, quot corpora, mores,
et genus externum referunt aliena per astra,
confusique fluunt partus hominum atque ferarum.
scilicet in partes iunguntur condita pluris
diversasque ferunt proprio sub nomine leges.
380 nec tantum lanas Aries nec Taurus aratra

350 ingrati **LMV** -us **GL**^{2} | turpis *Gron.*^{6}, *Jacob* -pi **O** || **352** Leonis *Scal.*^{1} -ni **O** || **356** Nepa *Reg.* nota **O** || **359–360** *poeta neglegenter Arieti et Tauro decanos tribuit quos secundum praecepta sua Capricorno et Aquario debebat: quod si errorem animadvertit (recte enim ultimum dedit Piscibus), nihil mutavit* || **361** utque *Fayus* atque **GL**^{2}. quae **LM** || **363** latitantis **M** latrantis **GL**^{2} -es **L** || **364** repetitaque **L**^{2} repetit atque **GLM** (**G** *etiam* ominae) repetit quae **V** || **365** orbe **V** || **366** notis **G** nodis **LMV** || **367** *om.* **V** | ostendunt **b** ostentur **O** ostentant *Bent.* || **369** quaerendum *Ellis 124* aliud *Cartault*^{2}: quaerendo mali quod **LV** (quod *del.* **L**^{2}) quaerendo mala quid **M** quaerenda mali **G** quaerenda manet **b** | iunctisque **M** coniunctisque **L** cunctisque **L**^{2} cunctis **G** || **375** corpora **M** -re **GL** || **378** partis **L**^{2}**M** -us **GL** -es **L**^{var} || **380** aratra **LM** arata **G**

nec Gemini Musas nec merces Cancer amabit,
nec Leo venator veniet nec Virgo magistra,
mensuris aut Libra potens aut Scorpios armis
Centaurusque feris, igni Capricornus et undis
385 ipse suis Iuvenis geminique per aequora Pisces;
mixta sed in pluris sociantur sidera vires.
'Multum' inquis 'tenuemque iubes me ferre laborem,
rursus et in magna mergis caligine mentem,
cernere cum facili lucem ratione viderer.'
390 quod quaeris, deus est: conaris scandere caelum
fataque fatali genitus cognoscere lege
et transire tuum pectus mundoque potiri.
pro pretio labor est nec sunt immunia tanta,
ne mirere viae flexus rerumque catenas.
395 admitti potuisse sat est: sint cetera nostra.
at nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
obstabitque suis opibus super addita tellus.
ut veniant gemmae, totus transibitur orbis,
nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.
400 annua solliciti consument vota coloni,
et quantae mercedis erunt fallacia rura!
quaeremus lucrum ventis Martemque sequemur
in praedas. pudeat tanto bona velle caduca.
luxuriae quoque militia est, vigilatque ruinis
405 venter, et, ut pereant, suspirant saepe nepotes.
quid caelo dabimus? quantum est, quo veneat omne?
impendendus homo est, deus esse ut possit in ipso.
Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.
nec satis est signis dominantia discere signa
410 per denos numeros et quae sint insita cuique;
sed proprias partes ipsas spectare memento
vel glacie rigidas vel quas exusserit ignis,
et sterilis ⟨sine⟩ utroque tamen, quas largior umor

381 amabit **b** -uit **O** || **384** feris igni **L**^{2} feri signi **GL** seri signi **M** || **385** suis **b** tui **O**^{v} || **387** multum **b** uultum **GL**^{2}**V** -tu **LM** || **388** *ante* **389** *Bent.* (*ante* **390** *Huet*): *post* **396** **O** || **393** *dist. Hous.*^{4} | labores **V** || **394** ne **M** nec **GL** || **395** admitti **GL**^{2} -it **LM** || **396** nisi **LM** non **G** || **398** gemmae **G** geminae **LM** || **400** consument **M** -ant **GL** consummant **L**^{2} || **401** fallacia **GL** sollacia **M** | rura **L**^{2}**M** -is **GL** || **402** ventis *Thomas 6* naues **GL**^{2}**M** (-is **b**) -em **L** navi *Scal.*^{1} || **404** milicia **L**^{2}**M** malitia **G** -cia **L** || **405** pereant **L** -at **GM** | suspirant **O** operantur *Bailey*^{2} *167* || **406** quid **M** quod **GL** | quo **GM** quod **LV** | ueneat **b** ueniat **O** | omne **GLM** ipse **V** || **412** quas **GL** quae **M** | exusserit **m** -at **GL**^{2} sexus erat **LM** (*etiam* glaties *et* ignis **L**) || **413** sterilis **GL** sceleris **M** | sine (= sn̄) *add. Hous.*^{1}: *om.* **GLM** in **V**

quasve minor iusto vitiat. namque omnia mixtis
415 viribus et vario consurgunt sidera textu.
est aequale nihil. terrenos aspice tractus
et maris et variis fugientia flumina ripis:
crimen ubique frequens et laudi noxia iuncta est.
sic sterilis tellus laetis intervenit arvis
420 ac subito rumpit parvo discrimine foedus;
et modo portus erat pelagi iam vasta charybdis,
laudatique cadit post paulum gratia ponti;
et nunc per scopulos, nunc campis labitur amnis,
et, faciens iter aut quaerens, curritve reditve.
425 sic etiam caeli partes variantur in astris:
ut signum signo, sic a se discrepat ipsum
momentoque negat vires usumque salubrem,
quodque per has geritur partes sine fruge creatur
aut cadit aut multis sentit bona mixta querellis.
430 hae mihi signandae proprio sunt carmine partes.
sed quis tot numeros totiens sub lege referre,
tot partes iterare queat, tot dicere summas,
perque paris causas faciem mutare loquendi?
⟨dum canimus verum, non aspera ponere, ut illis⟩
incidimus, sic verba piget; sed gratia derit,
435 in vanumque labor cedit quem despicit auris.
sed mihi per carmen fatalia iura ferenti
et sacros caeli motus ad iussa loquendum est,
nec fingenda datur, tantum monstranda figura.
ostendisse deum nimis est: dabit ipse sibimet
440 pondera. nec fas est verbis splendescere mundum:
rebus erit maior. nec parva est gratia nostri

414 quasve *Pingré, Hous.*^{1} quaque **O** quasque *Bonincontrius* | minor iusto *Bent.* vitiat *Hous.*^{1}: minor ibi touit **M** minor *sequente spatio vii vel viii litt.* **G** minoribus **L**, cui ouit *add.* **L**^{2}: *omnia ante* namque *om.* **V** || **417** variis *Hous.*^{4} partis **O**^{v} pactis *Breiter* carptis *Hous.*^{4} *dubitanter* certis *Postgate 39* | fugiencia **M** fulgentia **GLV** || **419** tellus *Hous.*^{4} terris **O** terra (. . . aruis) **V** || **420** foedus *Jacob* faetus **GL** fetus **M** || **421** pelagi iam **GL**^{2} pelaguam **M** pelagus iam **L** | uasta **M** facta **GL** || **422** *om.* **V** | ponti **L**^{2}**M**^{2} (-tu **M**) christi (*re vera* xp̄i) **GL** || **423** labitur **GL**^{2} lauitur **LM** || **424** et *Gain*^{2} *163* aut **O** | currit *Barth 1207* urit **O**^{v} || **426** signo **M** a signo **GL** || **427** usumque **M** utrumque **L** utrimque **V** uictumque **G** || **432** dicere **M** discere **GL** | summas **GL**^{2} -is **LM** || **433** -que *add. Bent.*: *om.* **O** | paris *Ellis 128* patris **LM** partis **GL**^{2}**V** || *post* **433** *aliquid excidisse statuit Hous.*^{4}, *quo praecipiente sensum versus amissi supplevit Goold* || **434** incidimus **O** incipimus *Junius 99* | sic **M** sit **L** si **G** | sed **O** si *Postgate 39* quod *Bent.* || **437** sequendum **V** || **438** fingenda **L**^{2} singenda **M** signanda **GLV** || **439** nimis **O** nostrum *tempt. Hous.*^{4} || **440** nec fas **L**^{2} nefas **GLM** | splendescere *Bent.* suspendere **O**

oris, si tantum poterit signare canenda.
accipe damnandae quae sint per sidera partes.
  Lanigeri pars quarta nocet nec sexta salubris;
445 septima par illi ac decima est decimaeque secunda
quaeque duas duplicant summas septemque novemque;
unaque viginti numeris pars addita laedit
et quinta et duram consummans septima partem.
  Tauri nona mala est, similis cui tertia pars est
450 post decimam nec non decimae pars septima iuncta;
bisque undena notans et bis duodena nocentes
quaeque decem trisque ingeminat fraudatque duobus
triginta numeros et tu, tricesima summa, es.
  Pestifera in Geminis pars prima et tertia signi,
455 septima non melior, ter quintae noxia par est,
unaque bis denis brevior nocet unaque maior,
et similis noxae veniet vicesima quinta
cumque duae subeunt vel cum se quattuor addunt.
  Nec Cancri prima immunis nec tertia pars est
460 nec sexta; octava est similis, decimaque peracta
prima rapit, nec ter quintae clementior usus;
septima post decimam luctum et vicesima portat
et quinta accedens et septima nonaque summa.
  Tu quoque contactu primo, Nemeaee, timendus,
465 et quarta sub parte premis; bis quinta salubri
terque caret caelo, vicesima et altera laedit;

442 canenda **GL**^{2} (*cf. Bühler 484 sq.*) -di **L** cauenda **M** (*ut 1, 120*), *Bent.*, *quod tuetur Hous.*^{4} || **445** par *Bent.* pars **O** | decima est decimaeque *Bent.* decumaeque decumae (*sc. inverso ordine*) **LM** decumaque decumaeque **GL**^{2} | 'decimae secundam' *quam pro duodecima ceteri accipiunt, undecimam interpretatur Hous.*^{4} || **446** duplicant *Hous.*^{1} -at **O** | septemque **GM** vii (*sc.* que *omisso*) **L**; *et sciendum est in versibus sequentibus Lipsiensis librarium saepissime notas pro numeris posuisse*: **465** iiii^{a}, **469** vi, **470** iiii^{a} viii^{a}, **471** xx^{ti}, **473** v^{a}, **478** vi^{a} v^{a}, **479** v^{a}, **481** iiii^{am}, **484** x, **489** v^{o} vii^{a}, **492** xx^{ti}, **494** vii (*quod in* vii^{a} *correxit*); *respice etiam ad 3, 242; 4, 332* || **447** laedit *Scal.*^{2} laudet **LM** gaudet **G** laudi est **V** fraudi'st *Junius 100* || **448** quinta **GL**^{2} -am **LM** | consummans *Scal.*^{1} -at **GL**^{2} consumat **LM** -sumit **V** || **449** quoi *Jacob* quo **O**^{v} quoque *Bonon.* | teitua **M** || **450** iuncta *Reg.* iuncta est **O** || **451** notans *Hous.*^{1} *lxxiv* nocens **O** || **452** quae **GL**^{2} quem **LM** | tres (*om.* que) **V** | fraudatque *Scal.*^{1} fraudata **GL**^{2} frauda **LM** || **453** et **LM** ec **G** | tu **L** tri **M** tum **G** tunc **V** | es **b** est **O**^{v}: *del. Scal.*^{1} || **454** signi *Ellis 130* -is **O** || **455** quintae *Hous.*^{1} quina et **O** quinta et *Pruckner* | par *Scal.*^{2} pars **O**^{v} || **460** octava est *Bent.* -uae **O** | decima *Bent.* -mae **GL** secum se **M** || **461** quintae **LM** quinae **GV** || **463** et^{2} **GL**^{2}: *om.* **LM** (et septima *om.* **V**) || **464** contactu **b** -tra- **O** | Nemeaee *Ald.* nemeae **L** nemee **GM** || **465** premis **GL**^{2} primis **LM** | salubri *Reg.* -is **O**

e tribus appositis vitiat totidemque secutis
ultima, nec prima melior tricesima pars est.
  Erigones nec pars prima est nec sexta nec una
470 ad decimam nec quarta nec octava utilis umquam;
proxima viginti numeris et quarta timenda est,
et quae ter decimam claudit sors ultima partem.
  Et quinta in Chelis et septima inutilis exstat,
tertia et undecimae decimaeque est septima iuncta
475 quartaque bis denis actis et septima et ambae
quae numerum claudunt nona et tricesima partes.
  Scorpios in prima reus est, cui tertia par est
et sexta et decima et quae ter tibi quinta notatur,
undecimam geminans et quae vicesima quinta est
480 octavoque manet numero nonumque capessit.
  Si te fata sinant, quartam ne selige partem
Centauri; fuge et octavam; sex bisve peractis
octo, bis aut denis, metuendus dicitur aer,
cumque iterum duodena refert aut terna decemque
485 aut septena quater, vel cum ter dena figurat.
  Nec pars optanda est Capricorni septima; nona
consentit decimamque sequens quam tertia signat
et tribus aut una quae te, vicesima, fraudat
quaeve auget quinto numero vel septima fertur.
2, 232 Pars est prima nocens fundentis semper Aquari,
490 damnanda et decimae succedens prima peractae
tertiaque et quinta et numero quae condita nono est
et post viginti prima et vicesima quinta
cumque illa quartam accumulans vicesima nona.

467 e **G** et **LM** | vitiat *Goold* (vitium est *Bent.*) uictum est **O** || 469 Erigones *Reg.* -ne **GM** ergone **L** || 470 ad decumam **GL** a decuma **M** || 471 timenda est **V** -da e **M** -dae **GL** || 473 *ante* 474 *Reg.*: *post* **O**^{v} | et^1 **O** at **V** | exstat *Watt* aestu **O** astri *Gain*^{1} *65* || 474 tertia ... septima *Bent.* septima ... tertia **GL** et septima ... tertia **M** | undecimae *Scal.*^{1} -ma est **LM** -ma **G** | est *Hous.*^{1} et **O** | iuncta **G** -ta est **LM** || 475 ambae **GL**^{2} ambrae **LM** || 476 nona et **G** non et **L**^{2}**M** non ex **LV** || 477 par *Scal.*^{1} pars **O** || 478 quae ter **G** quater **LM** | tibi *Bechert* quoque *Scal.*^{1}: *om.* **O** || 479 undecimam **GL**^{2} -ma **LM** || 480 -que^1 **a** -ue **O**^{v} | nonum **MV** notum **GL** || 482 centauri **M** -um **GLV** | sex bisve *Hous.*^{4} bis sexque **GL** bis sex **M** || 485 figurat **L**^{2} -ant **GLM** || 486 nona *Fayus* nonae **GL** nouae **M** || 488 una **M** -am **GL** || 489 quinto **LM** -ta **G** | septima fertur **L**^{2}**M** sexta fertur **L** sexta feretur **G** sexta refertur **V** || *2, 232 post* 489 *Bent.* (*lacunam senserat Reg.*) | est prima nocens *Bent.* (*etiam* umentis) que marina nitens (tutens **M**) **O** || 490 et *Bent.* est **O** | succedens **a** -cend- **O** || 491 et^2 *Scal.*^{1} est **O** | nono est *Scal.*^{1} non est **GL** ('*vestigia scripturae veteris Archetypi*, nonest' *Scal.*^{2}) uere **M** (*ex* $\overline{\text{ue}}$) || 492 quinta **GL** noua **M** || 493 *post* 494 **M** | que **GL**^{2}: *om.* **LM** | accumulans *Scal.*^{1} -ant **GLV** -at **M** | nona **GL** noua **M**

Tertia per geminos et quinta et septima Pisces,
495 Undecima et decimae metuenda est septima iuncta;
et quinta in quinos numeros revocata duasque
accipiens ultra summas metuenda feretur.
Hae partes sterilem ducunt et frigore et igni
aera vel sicco vel quod superaverit umor,
500 si rapidus Mavors ignes iaculatur in illum
Saturnusve suam glaciem ⟨Phoebeve propinquis
quem trahit a terris rorem⟩ Phoebusve calores.
Nec te perceptis signorum cura relinquat
partibus: in tempus quaedam mutantur, et ortu
accipiunt proprias vires ultraque remittunt.
505 Namque, ubi se summis Aries extollet ab undis
et cervice prior flexa quam cornibus ibit,
non contenta suo generabit pectora censu
et dabit in praedas animos solvetque pudorem:
tantum audere iuvat. sic ipse in cornua fertur
510 ut ruat aut vincat. non illos sedibus isdem
mollia per placidas delectant otia curas,
sed iuvat ignotas semper transire per urbes
scrutarique novum pelagus totius et esse
orbis in hospitio. testis tibi Laniger ipse,
515 cum vitreum findens auravit vellere pontum
orbatumque sua Phrixum per fata sorore
Phasidos ad ripas et Colchida tergore vexit.
At, quos prima creant nascentis sidera Tauri,
feminei incedunt. nec longe causa petenda est,
520 si modo per causas naturam quaerere fas est:
aversus venit in caelum divesque puellis,

498 frigore et **GL^2** -re **L** -ri et **M** | fr. et igni *om.* **V** || **500–501** *suspicatus est Scal.^{2}, eiecit Fayus* || **500** mauors ignis **L** mauor signis **M** mauors ignes **G** || **501** -ve suam *Bent.* sumet **GL** fumet **M** | *post* glaciem *duorum versuum particulas, quas exemplo supplevit, excidisse Hous.^{4}, improbat Pingree* | calores **GL^2** colores **L** ca labores **M** || **502** nec **GL** ne **M** || **505** extollet *Jacob* -it **O** || **508** soluet **G** -it **LM** || **509** tantum **M** -ta **GLV** | audere **MV** -ire **GL** || **510** *dist. Bent.* | ut **GV** et **LM** | ruat **GLV** -et **M** -it **L^2** | aut *Bent.* ut **M** et **GLV** | illos *Bent.* ullus **LM** -is **GL^2** | isdem **M** idem **GL** || **511** delectant **L^{2}M** delicidant **L** deludant **GL^2** | curas **M** -am **GLV** (*hic et* placidam, *unde* placidam . . . vitam *Bent.*) || **512** urbes **G** orbes **LM**, *unde* ignotos **L^2** || **514** tibi **LM** sibi **G** || **515** findens **G** fundens **L** sindens **M** scindens *tempt. Hous.^{4}* || **516** sorore **GL^2** -ri **L** sori **M** || **517** tergore uexit **GV** tergo reuexit **M** tergo reuixit **L** terga reuexit **L^2** || **518** sidera **GL^{2}M** -re **L** tempora **V** || **519** feminei **b** -ea **O** | incedunt *Bent.* (*'fuerat* incēdt' *Hous.^{4}*) iuceat **M** iaceat **L^2** iacet **LV** iace *sequente iii litt. spatio* **G** iaceant **b**

Pleiadum parvo referens glomeramine sidus.
accedunt et ruris opes, propriaque iuvencûm
dote per inversos exornat vomere campos.
525 Sed, Geminos aequa cum profert unda tegitque
parte, dabit studia et doctas producet ad artes.
nec triste ingenium sed dulci tincta lepore
corda creat, vocisque bonis citharaeque sonantis
instruit, et dotes cantus cum pectore iungit.
530 At, niger obscura Cancer cum nube feretur,
qua velut exustus Phoebeis ignibus ignis
deficit et multa fuscat caligine sidus,
lumina deficient partus, geminamque creatis
mortem fata dabunt: se quisque et vivit et effert.
535 Sicui per summas avidus produxerit undas
ora Leo et scandat malis hiscentibus orbem,
ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,
non legabit opes, censumque immerget in ipso.
tanta fames animumque cibi tam dira cupido
540 corripit, ut capiat semet nec compleat umquam,
inque epulas funus revocet pretiumque sepulcri.
Erigone surgens, quae rexit saecula prisca
iustitia rursusque eadem labentia fugit,
alta per imperium tribuit fastigia summum,
545 rectoremque dabit legum iurisque sacrati
sancta pudicitia divorum templa colentem.
Sed, cum autumnales coeperunt surgere Chelae,
felix aequato genitus sub pondere Librae.
iudex examen sistet vitaeque necisque
550 imponetque iugum terris legesque rogabit.

522 glomeramine *Gron.*^{4} *I 9* -abile **O** || **523** accedunt **G** -ent **LM** | ruris **M** rul rursus **L** rursus **GL**^{2} | iuuencum **GL**^{2} -tum **LM**: *genetivum agnoverunt Bechert coll. Verg. Aen. 9, 609 (Postgate 39), Bailey 85, accusativum Hous.*^{4} || **524** dote **M** docte **L** nocte **GV** || **525** cum profert unda **M** profert cum (quando **V**) unde **LV** p. c. uincla **GL**^{2} || **526** doctas **GL**^{2} -ta **L** ductas **M** || **528** uocis **GV** uecis **LM** | citharae **GL**^{2} -as **V** cithere **M** cittere **L** || **529** cantus *Bent.* (*ut iam Jortin*) saltus **GLV** salius **M** || **531** qua **d**, *Hous.*^{1} quae **O** | exustus *Jacob* ex sutus **M** exutus **GLV** extinctus **b** || **532** deficit **LM** defuit **G** || **533** partus *Bent.* artus **G** arctus **LMV** ortus *Scal.*^{1} *in notis* || **535** cui *Scal.*^{1} qui **O**^{v} || **537** patri natisque **LM** patris natis **G** || **538** legabit . . . censumque inmerget **G** legauit . . . censuque inmergit **LM** | ipso **L**^{2}**M** ipsa **GL** || **539** cibi *Junius 102* sibi **O**^{v} || **541** epulas **M** -la **GL** | funus **GM** fum- **LV** | reuocet **L**^{2}**M** reticet **LV** retitet **G** rediget *Bent.* || **542** erigone **GL**^{2} -em **L** -en **M** || **544** tribuet *Jacob* || **547** chelae **GL**^{2} -la **LM** || **549** examen *Bent.* extranea **GL** (-eae **V**) externea **M** extrema **L**^{2} || **550** rogabit **GL**^{r}**M**^{r} -is **LM**

illum urbes et regna trement nutuque regentur
unius et caeli post terras iura manebunt.
Scorpios extremae cum tollet lumina caudae,
siquis erit stellis tunc suffragantibus ortus,
555 urbibus augebit terras iunctisque iuvencis
moenia succinctus curvo describet aratro,
aut sternet positas urbes inque arva reducet
oppida et in domibus maturas reddet aristas.
tanta erit et virtus et cum virtute potestas.
560 Nec non Arcitenens, prima cum veste resurgit,
pectora clara dabit bello, magnisque triumphis
conspicuum patrias victorem ducet ad arces,
altaque nunc statuet nunc idem moenia vertet.
sed nimium indulgens rebus Fortuna secundis
565 invidet in facie saevitque asperrima fronti.
horrendus bello Trebiam Cannasque lacumque
ante fugam tali pensabat imagine victor.
Ultimus in caudae Capricornus acumine summo
militiam in ponto dictat puppisque colendae
570 dura ministeria et tenui discrimine mortis.
Quod si quem sanctumque velis castumque probumque
hic tibi nascetur cum primus Aquarius exit.
Ne velit et primos animus procedere Pisces,
garrulitas odiosa datur linguaeque venenum
575 verba maligna novas mutantis semper ad aures
criminaque ad populum populi ferre ore bilingui.
nulla fides inerit natis, sed summa libido
ardentem medios animum iubet ire per ignes.

551 nutu **L^2** notum **GLM** | regentur **LM** gerentur **G** || **553** extremae **L^{2}M** extraneae **GLV** | tollet **M** -it **GL** | caudae **GL^{r}M** claudit **L** || **554** tum **O** || **555** iuuencis **GL^{2}M^r** -tis **L** iuueueisque **M** || **556** maenia **GL^2** moeni **M** maeni **L**: *om.* **V** | succinctus **b** subcinctis **O**: *om.* **V** | describet **GL^{2}M** -it **L** || **557** urbes **GL^{2}M^2** orbes **LM** || **558** reddet **GL^2** -it **LM** || **562** ducet **GM** -it **L** || **563** statuet . . . uertet **G** -it . . . -it **LMV** || **565** facie **GL^{2}M** -iem **L** | asperrima **G** -erima **L** adsperrima **M** || **566** cannas **L^2** canas **L** cauas **M** annas *post spatium litterae* **G** | T. C. *om.* **V** | lacum **M** locum **GV** || **568** summo **GL^2** -os **LM** || **569** militiam **GL^2** -ae **LMV** | in *om.* **G** | dictat **G** dicat **LM** (-et **V**) | puppis **GL^{2}M** pubes **LV** || **570** dura **b** dira **GLM** iura **V** | ministeria **GL^{2}M** -io **LV** | tenui discrimine mortis *Hous.*^{1} uitae discrimen inertis **O** | in undis *Jacob* || **571** probumque **b** -ue **GL^2** -be **L** brobumbe **M** || **573** ne velit *Jacob* .eue sit **O** | primos **b** -us **M** -is **GLV** | animus **L^{2}M**: *om.* **GLV** | procedere **LM** -ducere **G** || **574** uenenum **b** mouentum **O^v** || **575** *versum del. Scal.*^{1} | mussantis *Reg.* || *post* **575** *versum excidisse putavit Hous.*^{4} || **576** -que ad *Hous.*^{4} per **O** | populum **G** polum **LM** | ore **G** orbe **LM** | bilingui **GL** biligro **M** || **578** iubet *Bent.* libet **O**

scilicet in piscem sese Cytherea novavit,
580 cum Babyloniacas summersa profugit in undas
anguipedem alatos umeros Typhona ferentem,
inseruitque suos squamosis Piscibus ignes.
nec solus fuerit geminis sub Piscibus ortus:
frater erit dulcisve soror, materve duorum.
585 Nunc age diversis dominantia sidera terris
percipe. sed summa est rerum referenda figura.
quattuor in partes caeli discribitur orbis,
nascentem lapsumque diem mediosque calores
teque, Helice. totidem venti de partibus isdem
590 erumpunt secumque gerunt per inania bella.
asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem Zephyrusque profectum.
hos inter binae mediis e partibus aurae
exspirant similis mutato nomine flatus.
595 ipsa natat tellus pelagi lustrata corona
cingentis medium liquidis amplexibus orbem,
inque sinus pontum recipit, qui vespere ab atro
admissus dextra Numidas Libyamque calentem
alluit et magnae quondam Carthaginis arces,
600 litoraque in Syrtes revocans sinuata vadosas
rursum usque ad Nilum derectis fluctibus exit.
laeva freti caedunt Hispanas aequora gentes
teque in vicinis haerentem, Gallia, terris
Italiaeque urbes dextram sinuantis in undam
605 usque canes ad, Scylla, tuos avidamque Charybdin.
hac ubi se primum porta mare fudit, ⟨aperto⟩
enatat Ionio laxasque vagatur in undas
et, prius ut, laeva se fundens circuit omnem

579 novavit *Dulcinius* notauit **O**^{v} || **580** babiloniacas sum mersa **M** babilonia casum mersa **L** babilonias casum **L**^{2} babilonias casus **G** babylonia casum mutauit (*om.* pr.) **V** || **581** alatis humeris **G**^{2}, *quo recepto* furentem *Scal.*^{2} || **586** figura **LM** -is **G** || **587** discribitur *Bücheler* de- **O** || **588** nascentemque **G** *metri causa* | lapsum *Bonincontrius* ipsum **O** || **590** gerunt *om.* **G** || **591** eurus **L**^{2} curus **M** uerus **G** urus **LM**^{2} || **593** mediis e **GL**^{2} mediis se **V** mediose **L** medios se **M** || **595** natat **LM** uacat **GL**^{2} || **597** uespere **b** -ro **O** | atro **b** astro **GLM** alto **V** || **598** admissus **GL**^{2} -is **L** at missus **M** || **599** alluit *Reg.* aluit **M** abl- **GL** || **600** reuocat **l** | uadosas **b** -is **O** || **601** rursum usque *Bent.* rursusque **O** | nilum **b** nihilum **O** || **602** caedunt **G** ced- **LM** | hispanas **GL**^{2} -ias **LM** | aequora **M** -re **GL** || **604** sinuantis **GL**^{2} -atis **LM** insinuantis *Scal.*^{1} || **605** caribdin **G** charybdim **M** cariptim **L** || **606** hac **M** ac **GL** | aperto *add. Bent.* || **607** enatat **M** et natat **GL** || **608** ut *Hous.*^{1} *dist. mut.* in **O** | laeva se (findens) *Scal.*^{1} fundens *Scal.*^{2}: leuas effundens **O**

Italiam, Hadriaco mutatum nomina ponto,
610 Eridanique bibit fluctus, vetat aequore bellum
Illyricum, Epirumque lavat claramque Corinthum
et Peloponnesi patulas circumvolat oras;
rursus et in laevum refluit vastoque recessu
Thessaliae fines et Achaica praeterit arva.
615 hinc penitus iuvenisque freto mersaeque puellae
truditur invitum, faucesque Propontis aperto
Euxino iniungit ponto Maeotis et undis,
quae tergo coniuncta manet fontemque ministrat.
inde ubi in angustas revocatus navita fauces
620 Hellespontiacis iterum se fluctibus effert,
Icarium Aegaeumque secat laevaque nitentis
miratur populos Asiae totidemque tropaea
quot loca et innumeras gentes Taurumque minantem
fluctibus et Cilicum populos Syriamque perustam
625 ingentique sinu fugientis aequora terras,
donec in Aegyptum redeunt curvata per undas
litora Niliacis iterum morientia ripis.
haec medium terris circumdat linea pontum
atque his undarum tractum constringit harenis.
630 mille iacent mediae diffusa per aequora terrae.
Sardiniam in Libyco signant vestigia plantae,
Trinacria Italia tantum praecisa recessit,
adversa Euboicos miratur Graecia montes,
Aegaeis Crete civem sortita Tonantem
635 Aegyptique Cypros pulsatur fluctibus amnis.
⟨has praeter terras, celebrat quas maxima fama,⟩
totque minore solo tamen emergentia ponto
litora, inaequalis Cycladas Delonque Rhodonque

609 Adriaco mutatum *Gron.*[4] *III 15* hadriam comutatus **M** adriam comitatus **L** atque adriam comitatus **GL**[2] | nomina *Gron.*[4] *ibid.* -ne **O** | ponto **LMV** -um **G** || **610** vetat *Hous.*[5] *158* secat **O** | fertque . . . lembum *Hous.*[4] || **611** lauat **G** labat **LM** || **612** peloponensi (*vel sim.*) **O** -ses **V** || **614** thessaliae **GL**[2] -ia et **LM** | achaica **G** -aia **L** achicha **M** Thracia *Jacob* || **615** hinc *Bent.* hic **O** | penitus *Jacob* pontus **O** | freto *Bailey*[2] *170* -tum **O**[*] || **616** Propontis aperto *Hous.*[4] -idos apto **O**[v] artas *Bent.* || **617** iniungit **LMV** iungit **GL**[2] || **618** fontem *Hous.*[4] pontem **O**[v] || **619–620** reuocatus . . . iterum se *Bent.* iterum se . . . reuocatus **O** || **622** populos **G** -us **LM** | asiae **GL**[2] asia et **LM** || **623** taurum *I. Voss ad 64, 105* aurum **M** arcum **GLV** || **625** fugientes **GL**[2] fulgentis **L** fugentis **M** || **634** Aegaeis *Hous.*[4] et genetrix (**M** -itrix **GL**) **O** | crete **b** -ta **O**[v] || **635** Aegyptique *Ellis 139* (Aegypti iam *Scal.*[2]) aegyptia **O** | amnis *Bent.* omnis **O**[v] || *ante* **636** *versum excidisse statuit Scal.*[1], *exemplum suppl. Goold* || **636** minore *Hous.*[4] -ra **O** | solo **M** -la **GL** || **637** inaequalis *Dorvillius 371* et aequalis **O** et aequali *Hous.*[5] *159* et aequa illis *Hous.*[4]

Aulidaque et Tenedon vicinaque Corsica terris
litora Sardiniae primumque intrantis in orbem
640 Oceani victricem Ebusum et Balearica rura,
innumeri surgunt scopuli montesque per altum.
Nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit
faucibus abruptis orbem; nam litora plura
impulit oceano Phorcys, sed montibus altis
645 est vetitus totam ne vinceret aequore terram.
namque inter borean ortumque aestate nitentem
in longum angusto penetrabilis aequore fluctus
pervenit et patulis tum demum funditur arvis
Caspiaque Euxini similis facit aequora ponti.
650 altera sub medium solem duo bella perinde
intulit Oceanus terris. nam Persica fluctus
arva tenet, titulum pelagi praedatus ab isdem
quae rigat ipse locis, latoque infunditur orbe.
nec procul in mollis Arabas terramque ferentem
655 delicias variaeque novos radicis odores
leniter affundit gemmantia litora pontus,
et terrae mare nomen habet. media illa duobus

* * * * *

quondam Carthago regnum sortita sub armis,
ignibus Alpinas cum contudit Hannibal arces,
660 fecit et aeternum Trebiam Cannasque sepulcris
obruit et Libyam Latias infudit in urbes.
huc varias pestes diversaque monstra ferarum
congessit bellis natura infesta futuris.

638 tenedum **M** -odum **GL** | corsica **GL**[2] -ta **M** || **639** orbem **b** -be **O** || **640** *dist. Hous.*[4] | uictricem ebusum **GL**[2] uictrice mebus usum **LM** || **641** *om.* **V** | innumeri **GL**[2] in numerum **LM** || **642** reclusit *Fayus* -us **O** || **643** abruptis **q**, *Bonincontrius* abreptis **O**[v] || **644** inpulit **GL**[2]**M**[2] inpulita **LM** | Phorcys *Jacob* pocius **M** pot- **GL**[2]**V** || **647** longum **M** -go **GL** || **649** euxini **GL**[2] ex uini **LM** || **650** perinde **v** per inde **V** per unde **GLM** per undas **b** || **651** nam **L**[2]**M** iam **GLV** || **652** tenet *Reg.* -ent **O** | praedatus **GL** -ur **M** || **653** rigat *Scal.*[1] regat **GLMV** -it **L**[2] | orbe **GLM**[2] obe **M** ore *Bent.* || **656** gemmantia **G** geminantia **LM** || *post* **657** *lacunam unius versus agnovit Scal.*[1], *plurium Fayus, sententiam Pingré: 'orbis terrarum in tres continentes divisus est, sc. Libyam, Asiam, Europam: in prima vero . . .'* || **659** alpinas **M**, *Gron.*[6] albinas **LV** albanas **GL**[2] | cum contudit **GL**[2] contundit cum **LMV** || **660** aeternum *Bent.* -am **O** -ans **V** | trebiam **M**[2] tribiam **GLM** triu- **V** | cannas **GL**[2] canas **LM** || **661** libyam **LM**[2] -an **GMV** -en *Carrio 13* | Latias *I. Voss teste Schradero*[1] *7* italas **GLMV** italicas **L**[2] | infudit **GL**[2] -et **M** -undit **L** || **662** huc **GLMV** huic **L**[2] | pestes **GL** pisces **M** || **663** congessit *Hous.*[1] conc- **O**

horrendos angues habitataque membra veneno
665 et mortis pastu viventia, crimina terrae,
et vastos elephantas habet, saevosque leones
in poenas fecunda suas parit horrida tellus
et portentosos cercopum ludit in ortus
ac sterili peior siccas infestat harenas,
670 donec ad Aegypti ponat sua iura colonos.
inde Asiae populi divesque per omnia tellus:
auratique fluunt amnes gemmisque relucet
pontus, odoratae spirant medicamina silvae:
India notitia maior, Parthique vel orbis
675 alter, et in caelum surgentis moenia Tauri
totque illum circa diverso nomine gentes
ad Tanain Scythicis dirimentem fluctibus orbes
Maeotisque lacus Euxinique aspera ponti.
[aequora et extremum Propontidos Hellespontum]
680 hanc Asiae metam posuit natura potentis.
quod superest Europa tenet, quae prima natantem
fluctibus excepitque Iovem taurumque resolvit,
ponere passa suos ignes, onerique iugavit.
ille puellari donavit nomine litus
685 et monumenta sui titulo sacravit amoris.
maxima terra viris et fecundissima notis
urbibus: in regnum florentes oris Athenae;
Sparta manu, Thebae divis, et rege vel uno
princeps Pella domus, Troiani gratia belli;
690 Thessalia Epirosque potens vicinaque ripa
Illyris, et Thrace Martem sortita colonum,
et stupefacta suos inter Germania partus;

665 pastu *Bent.* partu **O**^{v} || **666** uastos **GL**^{2}**M**^{r} -as **LMV** || **667** tellus *Scal.*[1] bella **O** || **668** cercopum *Scal.*[2] cecropum **O** || **670** ponat **G** -et **L**^{2}**M** -ec **L** | colonos **L**^{2} -is **GLMV** || **673** medicamina **GLV** -ne **M** || **676** diverso *Bent.* diuiso **O**^{v} || **677** ad **x** at **LM** ac **GL**^{2} | Tanaim *Scal.*[1] tantam **LMV** -um **GL**^{2} | Scythicis *Bent.* -as **O** | orbes **LM** -em **V** urbes **G** || **679** *del. Scal.*[1] || **680** hanc **GL**^{2}: *om.* **LM** hic **L**^{2var} || **682** taurumque resolvit '*fecit ut tauri formam exueret*' *Bailey 85* || **683** ponere *Breiter*[2] *851* pondere **O** condere *Junius 105* | suos ignis *Jacob* suo signi (**GL** sigm **M**) **O** | oneri **GLV** oueri **M** | iugavit *Hous.*[1] (iugari *Jacob*) iuuauit **O**^{v} || **684** ille **M** illa **GLV** | litus **M** luctus **GL** fluctus **b** || **685** sui **GM** sibi **V** sub **L** sub hoc **L**^{2} | amoris **LM** honoris **G** || **686** notis *Watt* doctis **O** Achais *Bailey 85* || **687** urbibus **GL** orbibus **M** artibus *Hous.*[1] || **688** Thebae *Scal.*[1] -as **O** | divis, et *Scal.*[1] diuiset **LM** -it **GL**^{2}: *om.* **V** || **689** *dist.* **L** | *post* **685** *Scal.*[1] | Pella *Schrader ap. Jacob*[35] *29* illa **O**, *quo servato* gloria *Bent.*, *de Achille intellegens*: Pella *accepto* Troiani gloria belli / Thessalia *Postgate 41* || **690** ripa *Hous.*[4] ripis **O** utrisque *Gain*[1] *66* || **691** thrace **GL**^{2} hrece **LM** threce **V**

Gallia per census, Hispania maxima bellis;
Italia in summa, quam rerum maxima Roma
695 imposuit terris caeloque adiungitur ipsa.
Hos erit in fines orbis pontusque vocandus,
quem deus in partes per singula dividit astra
ac sua cuique dedit tutelae regna per orbem
et proprias gentes atque urbes addidit altas,
700 in quibus assererent praestantis sidera vires.
ac, velut humana est signis discripta figura,
et, quamquam communis eat tutela per omne
corpus, et in proprium divisis artubus exit
(namque Aries capiti, Taurus cervicibus haeret,
705 bracchia sub Geminis censentur, pectora Cancro,
te scapulae, Nemeaee, vocant teque ilia, Virgo,
Libra colit clunes et Scorpios inguine regnat,
et femina Arcitenens, genua et Capricornus amavit,
cruraque defendit Iuvenis, vestigia Pisces),
710 sic alias aliud terras sibi vindicat astrum.
Idcirco in varias leges variasque figuras
dispositum genus est hominum, proprioque colore
formantur gentes, sociataque iura per artus
materiamque parem privato foedere signant.
715 flava per ingentis surgit Germania partus,
Gallia vicino minus est infecta rubore,
asperior solidos Hispania contrahit artus.
Martia Romanis urbis pater induit ora
Gradivumque Venus miscens bene temperat artus,
720 perque coloratas subtilis Graecia gentes
gymnasium praefert vultu fortisque palaestras,
et Syriam produnt torti per tempora crines.
Aethiopes maculant orbem tenebrisque figurant
perfusas hominum gentes; minus India tostos
725a | 726b progenerat; | tellusque natans Aegyptia Nilo

693 per census **M** praecensus **GLV** | bellis **b** -li **O**^{v} || **694** italia **G** -am **LM** | summa **GM** -am **L** | quam **LM** qua **G** || **696** hos **G**^{2} hoc **GLM** | orbisque . . . uocandus **M**, *corr.* **M**^{2} || **697** per *Bent.* et **O** || **698** tutelae **GL**^{2} -la **LM** || **700** adsererent (ass- **G**) **O**^{v} efferrent **d** exsererent *Scal.*^{2} exercent *Bent.* || **701** discripta *Bücheler* de- **O** || **702** eat **L**^{2} et **LM** erat **G** || **703** exit **LMV** extet **GL**^{2} || **706** Nemeaee *Quat.* -eae **LM** -ee **G** || **707** colit **GL**^{2} -et **LM** || **711** uarias leges **GL**^{2} uaria eleges **LM** || **713** *dist. Reg.* || **718** romanis **LM**^{2} -us **MV** -as **Gl** | urbis **LM** -es **G** orbis **L**^{2} || **719** Venus *Bent.* genus **O**^{v}: *om.* **d** suum *Bonon.* || **721** uultu fortes **GL**^{2} -us ortis **LM** || **722** et syriam **GL** cisyriam **M** || **723** orbem **b** urbem **O** || **724** tostos *Hous.*^{1} -is **O**^{v} -as **b** || **725** *post* **727**, progenerat (**725**) *et* iam proprior (**726**) *inter se mutatis, transp. Hous.*^{1}

727 lenius irriguis infuscat corpora campis
726a | 725b iam propior | mediumque facit moderata tenorem.
728 Phoebus harenosis Afrorum pulvere terris
exsiccat populos, et Mauretania nomen
730 oris habet titulumque suo fert ipsa colore.
adde sonos totidem vocum, totidem insere linguas
et mores pro sorte paris ritusque locorum;
adde genus proprium simili sub semine frugum
et Cererem varia redeuntem messe per urbes
735 nec paribus siliquas referentem viribus omnis,
nec te, Bacche, pari donantem munere terras
atque alias aliis fundentem collibus uvas,
cinnama nec totis passim nascentia campis;
diversas pecudum facies propriasque ferarum
740 et duplici clausos elephantas carcere terrae.
quot partes orbis, totidem sub partibus orbes,
ut certis discripta nitent regionibus astra
perfunduntque suo subiectas aere gentes.
  Laniger in medio sortitus sidera mundo,
⟨lance ubi sol aequa pensat noctemque diemque⟩
745 Cancrum inter gelidumque ⟨Caprum⟩ per tempora veris,
asserit in vires pontum quem vicerat ipse,
virgine delapsa cum fratrem ad litora vexit
et minui deflevit onus dorsumque levari.
illum etiam venerata colit vicina Propontis
750 et Syriae gentes et laxo Persis amictu
vestibus ipsa suis haerens Nilusque tumescens
in Cancrum et tellus Aegypti iussa natare.
Taurus habet Scythiae montes Asiamque potentem
et mollis Arabas, silvarum ditia regna.
755 Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus
sub Geminis te, Phoebe, colit; vos Thracia, fratres,

727 lenius **b** linius **GL** imnis **M** | irriguis **GL**^{2} -ginis **L** uirginis **M** || 726a propior **LM** || 728 Phoebus *Bent.* poenus (**LM** -ae- **G**) **O** || 731–732 *om.* **GLV** || 740 clausos **b** causas **O** | elephantas **M** -um **GL** || 742 ut *Bent.* et **O** | discripta **LM** de- **GL**^{2} | regionibus (‘*error a veteri scriptura* recionibus’) *Scal.*^{1} rec- **M**, *Scaligero ignotus* rat- **GL** || 743 aere *Bent.* aequore **O** aethere *Bonon.* || 744 sortitus *Scal.*^{1} -ur **O** || *post* 744 *lacunam unius versus, quam exemplo replevit, Hous.*^{4} || 745 Caprum *add. Bent.*, ‘*quod per ♑ notam scriptum fuerit in versu longiore*’ *Hous.*^{4} | ueris **c** uerxis **O** || 746 adserit **M** arserit **GL** | ipse **L**^{2}**M** ipsa **GLV** || 748 minui **GL**^{2} -uti **LM**: *om.* **V** || 750 et siriae **L**^{2} et sirae **G** e sirae **LM**: *om.* **V** | gentes **M** -is **GL**: *om.* **V** || 751 *om.* **V** | tumescens **L**^{2}**M** -ent **GL** || 755 *om.* **V** | euxinus **GL**^{2} -inius **LM** (*hic* enx-) || 756 colit **GL**^{2} -et **LMV** | vos *Hous.*^{P} *466* Thracia *Heringa 75*: bost hracia **M** post brachia **GL** | fratres *Hous. ibid.* -is **O**

ultimus et sola vos tranans colit Indica Ganges.
ardent Aethiopes Cancro, cui plurimus ignis:
hoc color ipse docet. Phrygia, Nemeaee, potiris
760 Idaeae matris famulus regnoque feroci
Cappadocum Armeniaeque iugis; Bithynia dives
te colit et Macetum tellus, quae vicerat orbem.
Virgine sub casta felix terraque marique
est Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
765 tumque domus vere Solis, cui tota sacrata est,
cum caperet lumen magni sub Caesare mundi;
Ioniae quoque sunt urbes et Dorica rura,
Arcades antiqui celebrataque Caria fama.
quod potius colat Italiam, si seligat, astrum
770 quam quod cuncta regit, quod rerum pondera novit,
designat summas et iniquum separat aequo,
tempora quo pendent, coeunt quo noxque diesque?
Hesperiam sua Libra tenet, qua condita Roma
orbis et imperium retinet discrimina rerum,
775 lancibus et positas gentes tollitque premitque,
qua genitus Caesar melius nunc condidit urbem
et propriis frenat pendentem nutibus orbem.
inferius victae sidus Carthaginis arces
et Libyam Aegyptique latus donataque rura
780 Cyrenes lacrimis radicis Scorpios acris
eligit, Italiaeque tamen respectat ad undas
Sardiniamque tenet fusasque per aequora terras.
Cnosia Centauro tellus circumdata ponto
paret, et in geminum Minois filius astrum
785 ipse venit geminus. celeris hinc Creta sagittas
asserit intentosque imitatur sideris arcus.
insula Trinacriae fluitantem ad iura sororem

757 sola vos tranans colit Indica Ganges *Hous. ibid.* solidos ganges (g. s. V) et transcolit indica (i. *om.* V) cancer O || 759 potiris L^{2} -ri GLM || 760 regnoque feroci *Bent.* regnique ferocis (GL^{2} -es LM) O || 763 mari GL^{2} maioris LM || 764 recturi GL^{2} -urae L -uare M || 765 tum *Bent.* tu O || 766 caperet M -ent GLV || 767 quoque M quaeque GL || 768 arcades GL^{2} areades LM || 769 seligat *Hous.*^{1} -is GL^{2} siligis LM (s. s. a. *om.* V) || 773 sua M sub GLV || 774 inperium LM -ia G -io *Bent.* || 775 positas LM -is G || 776 Caesar melius *Hous.*^{1} *xxx* caesarque meus M meus L cum fratre remus GL^{2}: *om.* V | nunc LMV hanc GL^{2} | urbem GL^{2} orbem LM | *versum del. Bent.* || 777 nutibus GL uicibus M || 779 aegiptique GL^{2} -ti L -ta M || 780 Cyrenes *Unger 440* tyrrhenos MV thirrenos L -as GL^{2} | radicis *Hous.*^{1} radiat LMV -atus GL^{2} | acris *Hous.*^{1} arces O | *versum del. Bent., qui tamen temptavit* et Cyrenaeas imis radicibus herbas / eruit || 781 eligit *Fayus* eruit O || 782 fusas GL^{2} -sa LM || 784 minois GL^{2} -uis LM || 785 hinc GL huic M

subsequitur Triviae sub eodem condita signo,
proximaque Italiae tenui divisa profundo
790 ora paris sequitur leges nec sidere rupta est.
tu, Capricorne, regis quidquid sub sole cadente
est positum gelidamque Helicen quod tangit ab illo,
Hispanas gentes et quot fert Gallia dives;
teque feris dignam tantum, Germania, matrem
795 asserit ambiguum sidus terraeque marisque
aestibus assiduis pontum terrasque sequentem.
sed Iuvenis nudos formatus mollior artus
Aegyptum ad tepidam Tyriasque recedit ⟨in arces⟩
et Cilicum gentes vicinaque Caribus arva.
800 Piscibus Euphrates datus est, ubi ⟨ab⟩ his ope sumpta
cum fugeret Typhona Venus subsedit in undis,
806 et Tigris et rubri radiantia litora ponti.
802 magna iacet tellus magnis circumdata ripis
Parthis et ⟨a⟩ Parthis domitae per saecula gentes,
Bactraque ⟨et⟩ Aethiopes, Babylon et Susa Ninosque,
805 nominaque innumeris vix complectenda figuris.
807 Sic divisa manet tellus per sidera cuncta,
e quibus in proprias partes sunt iura trahenda;
namque eadem, quae sunt signis, commercia servant,
810 utque illa inter se coeunt odioque repugnant,
nunc adversa polo, nunc et coniuncta trigono,
quaeque alia in varios affectus causa gubernat,
sic terrae terris respondent, urbibus urbes,

788 Triviae *Hous.*[4] crentens **M** cremen **G** cretens **LV** creten **L**[2] || **789** Italiae *Breiter*[2] *855, Hous.*[1] -ia et **O** -iae et **b** || **790** paris **L**[2]**M** patris **GL** | sidere **M** -ra **GLV** | est *om.* **G** || **791** cadente **G** -em **LM** || **792** est positum *Fayus* expositum **GLM** -am **L**[2] | helicen **G** -em **L**[2]**M** hilicem **L** || **793** et **G**: *om.* **LM** seu **L**[2] | quot *Bent.* quod **O** || **795** ambiguum **G** -am **LM** || **796** aestibus **M** astibus **L** ictibus **L**[2] letibus **G** | sequentem *Hous.*[1] tenentem **O** || **797** nudos *Scal.*[1] -do **O** | mollior **GL** melior **M** | artus *Scal.*[1] -tu **d** actus **LMV** -tu **GL**[2] || **798** aegyptum **O** ad Cyprum (*om.* ad *sequ.*) *Rossberg*[1] *713* | ad **c** tepidam *Bent.*: alepidam **LMV** lepidam **G** | Aegypto Cyprum ad lepidam *Hous.*[1] | in arces *add. Jacob* (ad a. *Bent.*, *quae ante* tyriasque *ins.* **l**): *om.* **O**[v] || **799** vicinaque (*Bent.*) Caribus (-idos *Bent.*) *Hous.*[1] uicina et aquarius **O** || **800** ab *add. Hous.*[1]: *om.* **O** | his ope sumpta *Hous.*[1] pisces (**M** -is **GL**) uruptor (eruptor **V**) **O** pisce sub atro *I. Voss ad 36, 12* || **806** *ante* **802** *Hous.*[4] || **803** Parthis et a *Scal.*[2] parthis et **M** parthi sed **GL**[2] parthi sub **LV** || **804** bactra **GM** barthra **L** bacthria **L**[2] | et *add.* **b** | Aethiopes *Hous.*[4] aeterios **GL** -ius **M** et Hyrcani *Bent.* | babylon **d** -one **LM** (-onque *Hous.*[4]) -onem **G** | Susa Ninosque *Schrader*[1] *2* susa apimosque **M** susapimosque **L**[2] suspimosque **L** si spimosque **G** et S. N. *om.* **V** || **805** conplectenda **M** amplectenda **GL**[2] -anda **L** || **808** e **GM** et **L** || **812** alia in **L** aliam **M** in **G** || **813** urbibus urbes *Reg.* orb- orb- **O**

litora litoribus, regnis contraria regna;
815 sic erit et sedes fugienda petendaque cuique,
sic speranda fides, sic et metuenda pericla,
ut genus in terram caelo descendit ab alto.
Percipe nunc etiam quae sint ecliptica Graio
nomine, quod certos quasi delassata per annos
820 non numquam cessant sterili torpentia motu.
scilicet immenso nihil est aequale sub aevo
perpetuosque tenet flores unumque tenorem,
mutantur sed cuncta die variantque per annos;
et fecunda suis absistunt frugibus arva
825 continuosque negant partus effeta creando,
rursus quae fuerant steriles ad semina terrae
post nova sufficiunt nullo mandante tributa.
concutitur tellus validis compagibus haerens
subducitque solum pedibus; natat orbis in ipso
830 et vomit Oceanus pontum sitiensque resorbet
nec sese ipse capit. sic quondam merserat urbes,
humani generis cum solus constitit heres
Deucalion scopuloque orbem possedit in uno.
nec non, cum patrias Phaethon temptavit habenas
835 arserunt gentes timuitque incendia caelum
fugeruntque novas ardentia sidera flammas
atque uno metuit condi natura sepulcro.
in tantum longo mutantur tempore cuncta
atque iterum in semet redeunt. sic tempore certo
840 signa quoque amittunt vires sumuntque receptas.
causa patet, quod, Luna quibus defecit in astris
orba sui fratris noctisque immersa tenebris,
cum medius Phoebi radios intercipit orbis
nec trahit assuetum quo fulget Delia lumen,
845 haec quoque signa suo pariter cum sidere languent
incurvata simul solitoque exempta vigori
et velut elatam Phoeben in funere lugent.

818 ecliptica **L**[2] eccl- **G** egl- **LM** (*idemque 848*) || **819** delassata **GL**[2] deslassata **L** delas asta **M** || **820** numquam **GL** um- **M** || **823** mutantur **GL**[2]**M**[2] -atur **L** mittantur **M** | die *Gron.*[4] *I 2* diu **O** || **824** absistunt *Bent.* sub- **O** (*quo servato* nec fecunda *Huet*) || **826** quae **GL**[2] -que **LM** || **828** haerens **GL**[2] heres **LM** || **830** vomit *Scal.*[1] uenit **O** | resorbet *Scal.*[1] resoluit **O** || **831** sese **GL**[2] se **LM** | urbes **L**[2] -be **LM** orbem **GV** || **837** metuit *Hous.*[1] timuit **GLM**[2] timent **M** || **838** mutatur **L** | tempore **M** -ra **GL** (**L** *etiam* **839**) || **841** quod **b** quo **O**[v] || **843** medius **d** -os **O** || **844** adsuetum *Hous.*[1] ad coetum **M** adcetum **L**[2] (-cec- **L**) ad caecum **GV** | lumen **M** luna **GLV** || **845** languent **GL**[2] -et **LM** || **846** uigori **LM** -re **GL**[2] || **847** lugent **M**[2] lucent **O**

ipsa docet titulo se causa: ecliptica signa
dixere antiqui. pariter sed bina laborant,
850 nec vicina loco sed quae contraria fulgent,
sicut Luna suo tum tantum deficit orbe
cum Phoebum adversis currentem non videt astris.
nec tamen aequali languescunt tempore cuncta,
sed modo in affectus totus producitur annus,
855 nunc brevius lassata manent, nunc longius astra
exceduntque suo Phoebeia tempora casu.
atque, ubi perfectum est spatium quod cuique dicatur
impleruntque suos certa statione labores
bina per adversum caelum fulgentia signa,
860 tum vice bina labant ipsis haerentia casus,
quae prius in terras veniunt terrasque relinquunt,
sidereo non ut pugnet contrarius orbi
sed, qua mundus agit cursus, inclinet et ipse,
amissasque negant vires, nec munera tanta
865 nec similis reddunt noxas. locus omnia vertit.
Sed quid tam tenui prodest ratione nitentem
scrutari mundum, si mens sua cuique repugnat
spemque timor tollit prohibetque a limine caeli?
'conditur en' inquit 'vasto natura recessu
870 mortalisque fugit visus et pectora nostra,
nec prodesse potest quod fatis cuncta reguntur,
cum fatum nulla possit ratione videri.'
quid iuvat in semet sua per convicia ferri
et fraudare bonis, quae nec deus invidet ipse,
875 quosque dedit natura oculos deponere mentis?
perspicimus caelum, cur non et munera caeli?
⟨mens humana potest propria discedere sede⟩

848 ipsa **GL** ipse **M** | titulo se causa *Hous.*[2] *ad 831* titulos causae **O**[v], *tum* que **L**[2] quae **GV** ipse docet titulus causas *Bent.* ipsa docent titulo causas quae *Ellis 154* ecliptica . . . (849) antiqui *del. Breiter*[2] *856, Postgate 43* || 851 luna suo tum **M**[2] luna suo tunc **GL**[2] lunas uotum **M** luna uotum **L** luna nouum tantum **V** | orbe **GL**[2]**M** in orbes **L** in orbem **V** || 853 tempore **M** -ra **GL** || 856 excedunt **GL** se- **M** | phoebeia **b** -bea **O** || 858 impleruntque suos **G** inplerumque suo **LM** || 860 vice bina . . . casus *Hous.*[1] uicina . . . signis **O** (. . . signa *Scal.*[1] . . . casu *Hous.*[4]) | ipsis **O** illis *Hous.*[1] || 863 qua **M**, *Scal.*[1] quia **GL** | inclinet **LMV** -at **GL**[2] | ipse **M** ipsa **GL** || 864 amissas **GL** animas **M** | negant *Hous.*[1] -at **O** || 865 reddunt *Hous.*[1] -it **O** | noxas **GL** -is **M** || 866 quod **L** (*etiam 873, 893*) | tam **b** iam **O** || 868 a **d**: *om.* **LM** e **GL**[2] (-bet quae **V**) | limine **GL**[2] lum- **LMV** || 869 conditur **LMV** -it **GL**[2] | en *Jacob* inquit *Bent.*: enim quid **M** enim quod **L** *et medio spatio iii vel iv litterarum* **G** quod **V** || 872 fatum **LM** -is **G** || *ante 877 lacunam posuit Rossberg*[2] *77, exemplum supped. Goold*

inque ipsos penitus mundi descendere census
seminibusque suis tantam componere molem
et partum caeli sua per nutricia ferre
880 extremumque sequi pontum terraeque subire
pendentis tractus et toto vivere in orbe.
[quanta et pars superet rationem discere noctis]
iam nusquam natura latet; pervidimus omnem
et capto potimur mundo nostrumque parentem
885 pars sua perspicimus genitique accedimus astris.
an dubium est habitare deum sub pectore nostro
in caelumque redire animas caeloque venire,
utque sit ex omni constructus corpore mundus
aeris atque ignis summi terraeque marisque
890 hospitium menti totum quae infusa gubernet,
sic esse in nobis terrenae corpora sortis
sanguineasque animas animo, qui cuncta gubernat
dispensatque hominem? quid mirum, noscere mundum
si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis
895 exemplumque dei quisque est in imagine parva?
an cuiquam genitos, nisi caelo, credere fas est
esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
in terra vel mersa vadis, vel in aere pendent,
omnibus una quies venter⟨que Venusque voluptas,
mole valens sola corpus⟩ censumque per artus,
900 et, quia consilium non est, et lingua remissa.
unus ⟨in⟩ inspectus rerum viresque loquendi
ingeniumque capax variasque educitur artes
hic partus, qui cuncta regit: secessit in urbes,
edomuit terram ad fruges, animalia cepit
905 imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem

877 census **MV** -um **GL** || **879** partum **O** -em **V** || **880** pontum *Bent.* por- **O** || **882** *del. Bent.* | *pro* quanta et *exspectandum erat* quantaque (*1, 57*) | superet *Hous.*^{G} *38* -est **O** | discere **GL** -cerne **M** | ratione ediscere *Jacob* || **889** aeris *Scal.*[1] aetheris **O** | terrae **GL**^{2} -res **L** -ra **M** || **890** hospitium menti totum *Hous.*[4] spiritum et totum (**M** -to **GL**) rapido (*hoc et* **V**) **O** | infusa *Garrod ad 2, 60* iussa **O** (*unde* -fussa *Hous.*[4]) | gubernet *Jacob* -ent **M** -ant **GLV** -at **b** || **894** *post* **895** **G** | in *om.* **GM** || **896** an **b** aut **O**^{v} || **899** *post* venter *olim ex* **899b** -que venusque voluptas *elicuit Hous.*[1], *postea lacunam duorum hemistichiorum posuit, quae ipse suppl. Hous.*[4] | censum **GLM** -us **V** | artus **GL**^{2}**M** -tu **L** || **900** *dist. Bent.* | quia **GL** qua **M** || **901** in *Bent.*: *om.* **LM** et **GL**^{2} || **902–903** *dist. Jacob, Bechert* || **903** qui cuncta **b** quicumque **O**^{v} | secessit **b** sic esset **LM** si cesset **GL**^{2} s. in u. *om.* **V** | urbes *Bent.* orbes **LM** -be **G** -bem **b** || **904** edomuit **GM** et d- **L** || **905** arcem *Scal.*[1] -ce **O**

erectus capitis victorque ad sidera mittit
sidereos oculos propiusque aspectat Olympum
inquiritque Iovem; nec sola fronte deorum
contentus manet, et caelum scrutatur in alvo
910 cognatumque sequens corpus se quaerit in astris.
huic in tanta fidem petimus, quam saepe volucres
accipiunt trepidaeque suo sub pectore fibrae.
an minus est sacris rationem ducere signis
quam pecudum mortes aviumque attendere cantus?
915 atque ideo faciem caeli non invidet orbi
ipse deus vultusque suos corpusque recludit
volvendo semper seque ipsum inculcat et offert,
ut bene cognosci possit doceatque videntis,
qualis eat, cogatque suas attendere leges.
920 ipse vocat nostros animos ad sidera mundus
nec patitur, quia non condit, sua iura latere.
quis putet esse nefas nosci, quod cernere fas est?
nec contemne tuas quasi parvo in pectore vires:
quod valet, immensum est. sic auri pondera parvi
925 exsuperant pretio numerosos aeris acervos;
sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est;
parvula sic totum pervisit pupula caelum,
quoque vident oculi minimum est, cum maxima cernant;
sic animi sedes tenui sub corde locata
930 per totum angusto regnat de limite corpus.
materiae ne quaere modum, sed perspice vires,
quas ratio, non pondus, habet: ratio omnia vincit.
ne dubites homini divinos credere visus,
iam facit ipse deos mittitque ad sidera numen,
935 maius et Augusto crescet sub principe caelum.

906 erectus **GM** -ptus **LV** | capitis **G** captis **LMV** || **907** sydereos **G** sidereosque **LMV** | proprius **LM** || **910** se *Scal.*^{1} sit **LM** sic **GL**^{2} || **911** huic **GLM** hinc **M**^{2} || **916** recludit **b** reducit **O** || **917** uoluendo semper **M** semper uoluendo **GL** || **918** possit **GL**^{2} -et **LM** | videntis *Heringa 77* -dis **O**^{v} -do **d** || **919** eat **M** erat **GL** | cogat **M** doceat **GL** || **922** putet **u** -at **O** | nosci **M** nasci **GL** || **923** pectore *Hous.*^{1} corpore **O** || **924** quod **GL**^{2} quo **LM** | pondera **GL**^{2} -re **LM** || **929** locata **GL** colata **M** || **933–934** *dist. Fayus* || **934–935** *dist. Scal.*^{1} || **934** facit **GL**^{2} -is **LMV** | mittit **GL** -is **MV** || **935** crescet **O**^{v} crescit **d**

LIBER QVINTVS

Hic alius finisset iter signisque relatis
quis adversa meant stellarum numina quinque
quadriiugis et Phoebus equis et Delia bigis
non ultra struxisset opus, caeloque rediret
5 ac per descensum medios percurreret ignes
Saturni, Iovis et Martis Solisque, sub illis
post Venerem et Maia natum te, Luna, vagantem.
me properare etiam mundus iubet omnia circum
sidera vectatum toto decurrere caelo,
10 cum semel aetherios ausus conscendere currus
summum contigerim sua per fastigia culmen.
hinc vocat Orion, magni pars maxima caeli,
et ratis heroum, quae nunc quoque navigat astris,
Fluminaque errantis late sinuantia flexus
15 et biferum Cetos squamis atque ore tremendo
Hesperidumque vigil custos et divitis auri
et Canis in totum portans incendia mundum
araque divorum, cui votum solvit Olympus;
illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos
20 Heniochusque memor currus plaustrique Bootes
atque Ariadnaeae caelestia dona coronae,
victor et invisae Perseus cum falce Medusae
Andromedanque necans genitor cum coniuge Cepheus,
quaque volat stellatus Equus celerique Sagittae
25 Delphinus certans et Iuppiter alite tectus,
ceteraque in toto passim labentia caelo.
quae mihi per proprias vires sunt cuncta canenda
quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas,
29 et quota de bis sex astris pars quaeque reducat.

1 finisset **GL**^{2} finis sed **LM** | relatis **LM** relictis **G** || 2 quinque] $\overset{e}{v}$ **G** *in angusto spatio* (*cf. 5, 357*) || 4 struxisset **GM** strinxisset **LV** | redisset *Gain*^{3} *128* || 5–7 *del. Bent.*, 6–7 *del. Breiter* || 5 percurreret **M** de- **GL** || 6 *et* 7 *dist. edd. vett.* || 8 etiam *Hous.*^{00} uiam **O** tamen *Gain*^{3} *128* | iubet **b** libet **O** | circum **GL** circa **M** || 9 vectatum *Reg.* -antur **O**^{v} -antem *Breiter* || 10 aussus *Hous.*^{00} iussus **O** || 11 fastigia **LM** uestigia **G** || 12 hinc **GL** huic **M** || 12–13 magni . . . heroum *om.* **GL** (*'paene suspiceris scriptum fuisse* heroon *et verba ob homoeoteleuton excidisse' Hous.*^{5}) || 13 heroum **b** heorum **M** | quae **LM** qui **G** || 15 cetus (*in* -um *propter* biferum *corruptum*) *Reg.* -um *Bonon.* cecum **M** caecum **GL** | ore **GM** ora **L** | tremendo **O** -um **V** || 16 auri **GL** detauri **M** || 23 necans **V** negans **G LM** || 29 quota **V** de *Bent.* (e **V**): quodade **LM** quod de **GL**^{2} | pars *Turnebus XXIII 27* par **O** | quaeque *Fayus* quemque **O**^{v} quodque **b**

32 Vir gregis et ponti victor, cui parte relicta
nomen onusque dedit nec pelle immunis ab ipsa,
Colchidos et magicas artes qui visere Iolcon
35 Medeae iussit movitque venena per orbem,
nunc quoque vicinam puppi, ceu naviget, Argo
a dextri lateris ducit regione per astra.
sed tum prima suos puppis consurgit in ignes,
quattuor in partes cum Corniger extulit ora.
40 illa quisquis erit terris oriente creatus,
rector erit puppis clavoque immobilis haerens
mutabit pelago terras ventisque sequetur
fortunam totumque volet tranare profundum
classibus atque alios menses altumque videre
45 Phasin et in cautes Tiphyn superare ruentem.
tolle sitos ortus hominum sub sidere tali,
sustuleris bellum Troiae classemque solutam
sanguine et appulsam terris; non invehet undis
Persida nec pelagus Xerxes facietque tegetque;
50 versa Syracusis Salamis non merget Athenas,
Punica nec toto fluitabunt aequore rostra
Actiacosque sinus inter suspensus utrimque
orbis et in ponto caeli fortuna natabit.

32–709 *paraphrasi vertit Firmicus Maternus, Mathesis 8, 6–17* || **32–56** *Firm. 8, 6, 1* (Nave oriente natus) erit gubernator nauclerus navicularius, sed qui per omne vitae suae spatium marinis optet semper actibus implicari

30–31 *quaere post 709* || **32–709** *ante oculos habuisse Firmicum Maternum dum Matheseos 8, 6–17 compilat Scal.*[1] *perspexit* || **32** ponti uictor **LM** uictor ponti **G** || **33** onus **L**[2]**M** honus **L** honos **G** || **34** colchidis **O** | uisere **M** uestre **L** uertere **GL**[2] | Iolchon *Turnebus XXVIII 15* colchon **O** (q. v. I. *om.* **V**) || **35** Medeae *Bent.* -am **O**, *quo servato* Colchidis in m. a. qui vertere Iolcon *Hous.*[00], *sed postea accusativum propter* iussit *illatum agnovit* (*Hous.*[5]) || **36** puppi *Hous.*[00] -im **O** | ceu **b** celi **M** caeli **GL**: *om.* **V** (*qui* nauigat) | argo **GL** arco **M** || **37** a **LMV** ac **GL**[2] | ducit *Scal.*[1] -at **O** || **38** tum *dist. mutata Bent.* cum **O** | in ignes **L** in ignis **G** unguis **M** || **39** ora **GL**[2] hora **M** -as **L** || **40** illa *Bent.* -is **O** | quisquis erit **L**[2]**M** quisque erit **L** quisque erit in **G** || **41** rector **GL**[2] pector **M** pectus **L** uectus **V** | puppis **GL**[2] -pi **MV** -pim **L** || **42** mutabit **GL**[2] -uit **LM** || **43** totum **GL** nitum *vel* intum **M** | transnare **MV** trans mare **GL** tranare **L**[2] || **44** classibus **GL** clauibus **M** | menses **O** Minyas *Bent.* | altum *Hous.*[00] alium **O** || **45** ruentem *Hous.*[00] trementem **LM** triremem **G** tumentem **V** tenentem *Ellis 160* || **46** sitos *Hous.*[00] istos **O** | ortus **G** portus **L** portur **M** partus **b** || **47** solutam **GL**[2] solutum **LM** || **48** undis **G** indis **L** (*et fortasse* **M**, *qui* nonnue heundis) || **49** persida *I. Voss ad 66, 45* per sidera **LM** sidera **GL**[2] perses **V** | Xerxes *Reg.* -en **GL**[2] -enus **LM** || **50** versa *Jacob xix* uera **GLV** ut ra **M** ulta *Thomas 8* | salamis **L**[2]**M** sol- **GL** || **52** utrinque *Scal.*[2] -umque **O** uterque **b** || **53** fortuna **G**[2]**LM** secura **G**

his ducibus caeco ducuntur in aequore classes
55 et coit ipsa sibi tellus totusque per usus
diversos rerum ventis arcessitur orbis.
Sed decima lateris surgens de parte sinistri
maximus Orion magnumque amplexus Olympum,
quo fulgente super terras caelumque trahente
60 ementita diem nigras nox contrahit alas,
sollertis animos, velocia corpora finget
atque agilem officio mentem curasque per omnis
indelassato properantia corda vigore.
instar erit populi totaque habitabit in urbe
65 limina pervolitans unumque per omnia verbum
mane salutandi portans communis amicus.
Sed, cum se terris Aries ter quinque peractis
partibus extollit, primum iuga tollit ab undis
Heniochus clivoque rotas convellit ab imo,
70 qua gelidus Boreas aquilonibus instat acutis.
ille dabit proprium studium caeloque retentas
quas prius in terris agitator amaverat artes:
stare levi curru moderantem quattuor ora
spumigeris frenata lupis et flectere equorum
75 praevalidas vires ac torto stringere gyro;
at, cum laxato fugerunt cardine claustra,
exagitare feros pronumque antire volantis
vixque rotis levibus summum contingere campum
vincentem pedibus ventos, vel prima tenentem

57–66 *Firm. 8, 6, 2* oritur Orion in parte Arietis x: . . . facit homines veloci corporis mobilitate perspicuos et quorum animus variis sollicitudinibus implicatus pervigili cogitatione semper exaestuet. variabunt semper domicilia, domus sedesque mutabunt, et per omnium limina matutinis semper salutationibus pervolabunt || **67–101** *Firm. 8, 6, 3* in Arietis parte xv exoritur Auriga. (*nativus*) aut auriga erit, aut domitor equorum, aut qui saltu quadrigas transeat, aut qui in dorso stans equorum mirifica se moderatione sustentet, atque adprime equo vectus militares armaturas exerceat. hoc astro oriente et Salmoneus et Bellerophontes nati esse narrantur

57 decima lateris *Reinesius 19* deus malateris **L** deus mala terris **M** summa lateris **GL**^{2}: *om.* **V** || **59** quo . . . trahente **GL**^{2} quod . . . -em **M** || **60** ementita **G**, *Scal.*^{1} et mentita **LM** | alas **LM** aras **G** || **62** agilem **LM** aligem **G** (a. a. *om.* **V**) || **63** inde lassato **GL**^{2}**M** in lassato **L**: *om.* **V** | corda s vigore *Reg.*: corde uidere **O** || **64** tota **M** -to **GL** | habitabit **GL**^{2} -uit **LM** | urbe *Turnebus XXIII 27* orbe **O** || **66** mane **O** pace **V** || **70** acutis **GL** auitis **M** || **71** retentas **M**, *Scal.*^{1} -ans **GL** || **74** spumigeris **LM** -feris **G** || **75** praeualidas **GL**^{2} -es **L** -is **M** | torto **M** toto **GL** | giro **GL** guiro **M** || **76** at cum **GL** d deum (*h. e.* ad cum) **M** aut cum *Scal.*^{1} || **77** exagitare **GL**^{2} -giare **LM**

80 agmina in obliquum cursus agitare malignos
obstantemque mora totum praecludere circum,
vel medium turbae nunc dextros ire per orbes
fidentem campo, nunc meta currere acuta
spemque sub extremo dubiam suspendere casu.
85 nec non alterno desultor sidere dorso
quadrupedum et stabilis poterit defigere plantas,
pervolitans et equos ludet per terga volantum;
aut solo vectatus equo nunc arma movebit,
nunc leget in longo per cursum praemia circo.
90 quidquid de tali studio formatur habebit.
hinc mihi Salmoneus (qui caelum imitatus in orbe,
pontibus impositis missisque per aera quadrigis
expressisse sonum mundi sibi visus et ipsum
admovisse Iovem terris, dum fulmina fingit
95 sensit, et immissos ignes super ipse secutus
morte Iovem didicit) generatus possit haberi.
hoc genitum credas de sidere Bellerophonten
imposuisse viam mundo per signa volantem,
cui caelum campus fuerat, terraeque fretumque
100 sub pedibus, non ulla tulit vestigia cursus.
his erit Heniochi surgens tibi forma notanda.
  Cumque decem partes Aries duplicaverit ortus,
incipient Haedi tremulum producere mentum

102–117 *Firm. 8, 6, 4* in Arietis parte xx . . . oritur Haedus. (*nativi*) sunt . . . austera facie, prolixa barba, obstinata fronte, ut Catonis prorsus institutum imitari videantur. sed totum hoc fucato mentiuntur affectu. sunt enim natura petulantes, lascivi, semper desideriorum pravis ac libidinosis voluptatibus implicati, et qui latenter amorum cupiditatibus semper exaestuent. erunt etiam ab omni virtutis officio separati, timidi imbelles, et qui omne pugnarum periculum perhorrescant. hi frequenter vitiosis libidinibus capti, et praeposteri amoris studiis occupati, mortem sibi inferre coguntur. nascuntur etiam . . . pastores ovium, sed qui fistula rustici carminis dulces modos dicant

81 praecludere **LM** per- **G** || 83 fidentem **LM** find- **G** || 87 pervolitans et equos *Goold* per quo labite quos **M** per quos labit equos **GLV** perque volabit equos *Bent.* (*qui et* ludens) pesque, volubile (*vel* volatile) onus, *Hous.*[00] pesque volabit equos inter *Hous.*[5] || 88 uectatus **M** -ur **GL** || 89 leget *Turnebus XXIII 27* licet **O** | cursum **M** -us **GL** || 91–96 *dist. Scal.*[2] *et Bent.* || 91 imitatus **M**, *Reinesius 19* -ur **GL** | orbe **GL** urbe **M**, *prob. Bent.* || 92 pontibus **GMV** montibus **L** || 94 admouisse **GL** atque mouisse **M** | dum fulmina *I. Voss teste Jacobo xiv* de fulmine **O** | male fulmina fingi *Bent.* || 95 immissos *Gron.*[4] *III 15* inmensos (imm- **GL**) **O** || 97 desidere **M** def- **L** diff- **GL**[2] | bellerophontem (-lor- **G**) **O** || 100 *dist. Scal.*[1] | ulla **M** nulla **GL** | cursus **M** -u **GLV** campum **a** campus **b** || 101 erit **GL**[2]**M** -at **LV** | notanda *Bent.* conanda **LM** cananda **G** canenda **L**[2]**V** cauenda **e** || 102 aries **GL** artes **M** || 103 hedi **G** heduli (haed- **L**[2]) **LMV**

hirtaque tum demum terris promittere terga
105 qua dexter Boreas spirat. ne crede severae
frontis opus fingi, strictosque hinc ora Catones
abruptumque pari Torquatum et Horatia facta.
maius onus signo est, Haedis nec tanta petulcis
conveniunt: levibus gaudent lascivaque signant
110 pectora; et in lusus facilis agilemque vigorem
desudant; vario ducunt in amore iuventam;
in vulnus numquam virtus sed saepe libido
impellit, turpisque emitur vel morte voluptas;
et minimum cecidisse malum est, quia crimine vincunt.
115 nec non et cultus pecorum nascentibus addunt
pastoremque suum generant, cui fistula collo
haereat et voces alterna per oscula ducat.
Sed, cum bis denas augebit septima partes
Lanigeri, surgent Hyades. quo tempore natis
120 nulla quies placet, in nullo sunt otia fructu,
sed populum turbamque petunt rerumque tumultus.
seditio clamorque iuvat, Gracchosque tenentis
rostra volunt Montemque Sacrum rarosque Quirites;
pacis bella probant curaeque alimenta ministrant.
125 immundosque greges agitant per sordida rura;
et fidum Laertiadae genuere syboten.
hos generant Hyades mores surgentibus astris.
Ultima Lanigeri cum pars excluditur orbi,

118–127 *Firm. 8, 6, 6* in Arietis parte xxvii oriuntur Hyades. (*nativus*) inquietus erit, turbulentus, popularis, et qui populum turbulentis semper seditionibus exagitet, plebis animos clamosis et furiosis contentionibus inflammans, inimicus quietis ac pacis, et intestina ac domestica bella furiosa mentis cupiditate desiderans. sed huic varii quaestus ex assidua sollicitudine saepe nascuntur. facit etiam hoc sidus bubulcos armentarios oviumque pastores || **128–139** *Firm. 8, 6, 7* in Arietis parte xxx, quae pars totum signum supra terram semper ostendit, exoritur Capra, quam fabulosi poetae alimenta volunt Iovi immulsisse nutricia. (*nativi*)

104 promittere **LM** -ducere **G** | terga **GL**^{2} aer **LM**: *om.* **V** || **105** ne **M** nec **GL** || **106** fingi *Hous.*^{00} signi **O**^{v} gigni *Ellis 164* signo **b** | -que *om.* **GL** | hinc ora *Hous.*^{5} (aut corda *Hous.*^{00}) incoda **O** (in corda **u**) incude **L**^{2} in crede **V** | strictos nec corda *Jacob* | catones **b** -is **O** || **107** abruptum **MV** -am **GL** | abreptumque patri *Bent.* | pari *Hous.*^{00} patri **O**^{v} || **108** petulcis **GL**^{2} pec- **LM** || **110** in lusus **LMV** illusus **G** | faciles *Hous.*^{00} agiles **O** || **111** desudant **GL**^{2} -sid- **LM** | iuuentam **GL**^{2} -ae **M** inuente **L** | vario ducuntur amore iuventae *Hous.*^{5} || **114** vincunt *Hous.*^{00} uictum **O** victus *Jacob* iunctum *Bailey 86, item*^{2} *168* || **118** partes **GL** artes **M** || **119** natis **b** -ti **O** || **120** fructu **GL**^{2} -um **LM** || **122** gracchos **b** grecos **O** || **126** fidum . . . syboten **V**, *Scal.*^{2} fidunt . . . syboetem **O** | Laertiadae *Scal.*^{2} nerciadu **O** (-cadii **V**) || **128** pars excluditur **GL**^{2} par sexcluditur **M** par secluditur **LV** | orbi **b** orbis **O**

quae totum ostendit terris atque eruit undis,
130 Olenie servans praegressos tollitur Haedos
egelido stellata polo, qua dextera pars est,
offĭcio magni mater Iovis. ĭlla Tonanti
fida alimenta dedit pectusque implevit hiantis
lacte suo, dedit et dignas ad fulmina vires.
135 hinc trepidae mentes tremebundaque corda creantur
suspensa ad strepitus levibusque obnoxia causis.
his etiam ingenita est visendi ignota cupido,
ut nova per montes quaerunt arbusta capellae,
semper et ulterius pascentes tendere gaudent.
140 Taurus, in aversos praeceps cum tollitur ortus,
sexta parte sui certantis luce sorores
Pleiadas ducit. quibus aspirantibus almam
in lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces

erunt nimia mentis trepidatione solliciti, et quorum corpus assiduus tremor semper impugnet. hi levibus commotionibus opprimuntur, et levibus nuntiis gravi timoris incursione quatiuntur. erunt etiam curiosi omnium rerum, et qui, quodcumque novum dictum fuerit, hoc impatienti cupiditate desiderent, ut semper nova quaeque curiosa desiderii cupiditate sectentur

140–156 *Firm. 8, 7, 1* in Tauri parte vi inveniuntur Pliades. (*nativi*) luxuriosis semper et lascivis voluptatibus implicantur. hos unguentis oblitos et nimiae vinolentiae deditos petulantiae vitia semper extollunt, ut in conviviis et in coetu hominum aliena vitia amari sermonis leporibus pulsent. erunt sane ad omne libidinum facinus applicati, et qui salsi sermonis mordacibus dictis risus hominibus concitare consueverint. erunt semper nitidi polita fronte et accuratis vestibus prompti, quorum inflexi crines torquentur semper in bostrychos, ut frequenter appositis alienis crinibus fictam et compositam pulchritudinem mentiantur, totius corporis formam vario pigmentorum genere mollientes. hi demptis pilis corpus suum in feminei corporis imaginem transferent, quorum vestes et ad muliebris cultus similitudinem excolantur. hi molliter ambulantes vestigia sua cum delicata quadam moderatione suspendunt. sed hos ambitio sollicitat, et morbum istum sic appetunt, ut hinc putent virtutem sibi et maximum gaudium felicitatis accedere. amabunt semper aut se amare simulabunt, et paenitebit eos quod viri nati sint

130 *om.* **V** || **131** egelido **M** et ge- **GL** | qua *Scal.*^{1} *in notis* quae **O** | *versum del. Bent.* || **132** magni mater **GL** mater magni **M** || **133** fida alimenta *Scal.*^{1} *in notis* fundamenta **O** || **135** hinc **GL** huic **M** | trepidae *Thomas 9* fidae **O**^{v} timidae **b** pavidae *Cartault* | creantur **GL**^{2} -atur **LM** || **136** suspensa at (*h. e.* ad) *Müller 390* (in **e**) strepitus *Bent.*: suspensas trepidus **GLV** suspinsas trepidus (-itus **M**^{2}) **M** | que **M**: *om.* **GL** || **137** etiam **GL**^{2}**M** etiam tamen **LV** | ingenita est *Bent.* ingeniest **M** ingeniem **L** ingentem **V** ingenium **GL**^{2} || **138** montes *Dulcinius* noctes **O**^{v} pernoctes **r**, *Reg.*, *Salmasius*^{1} *102* | quaerunt *Junius 114* que ru^{u}t **M** que ruunt **GL** || **140–141** *dist. Bent.* || **140** aversos *Scal.*^{1} adu- **O** | cum tollitur *Bent.* compellitur **M** que attollitur **G** attollitur **L** ut tollitur *Scal.*^{1} || **141** parte sui **GL** partes in **M** | luce sorores **M** lucis odores **GL** (odoros **V**) || **142** pleiadas **v** pleidas **M** pleiades **L** peliades **G** || **143** eduntur *Scal.*^{1} educunt **O** | sequaces **L**^{2} -is **GLM**

perque dapes mensasque super petulantia corda
145 et sale mordaci dulcis quaerentia risus.
illis cura sui cultus frontisque decorae
semper erit: tortos in fluctum ponere crines
aut vinclis revocare comas et vertice denso
fingere et appositis caput emutare capillis
150 pumicibusque cavis horrentia membra polire
atque odisse virum teretisque optare lacertos.
femineae vestes, nec in usum tegmina plantis
sed speciem, fictique placent ad mollia gressus.
naturae pudet, atque habitat sub pectore caeca
155 ambitio, et morbum virtutis nomine iactant.
semper amare parum est: cupient et amare videri.
Iam vero Geminis fraterna ferentibus astra
in caelum summoque natantibus aequore ponti
septima pars Leporem tollit. quo sidere natis
160 vix alas natura negat volucrisque meatus:
tantus erit per membra vigor referentia ventos.
ille prius victor stadio quam missus abibit;
ille cito motu rigidos eludere caestus,
nunc exire levis missas nunc mittere palmas,
165 ille pilam celeri fugientem reddere planta
et pedibus pensare manus et ludere fulcro
mobilibusque citos ictus glomerare lacertis,
ille potens turba perfundere membra pilarum
per totumque vagas corpus disponere palmas,
170 ut teneat tantos orbes sibique ipse reludat
et velut edoctos iubeat volitare per ipsum.

157–173 *Firm. 8, 8, 1* in Geminorum parte vii oritur Lepus. (*nativi*) tanta erunt levitate corporis, ut cum currere coeperint, agilitatis velocitate aves superare videantur. . . . stadiodromos facit, . . . pyctas, machaerarios, . . . praestigiatores aut pilis ludentes

145 mordaci **G** -is **LM** || **146** frontis **GL²** frocitis **M** fortis **LV** | decorae **GL²** decorde **LM** decoris **V** || **148** uinclis **c**, *Scal.²* undis **O** nodis *Scal.¹* | reuocare **GL²** per- **M** || **149** emutare **GL** enuctare **M** || **150** pumicibus **L²M** pun- **GL** || **151** teretes *Ruhnken* sterilis **O** || **152** in usum *Bent.* insunt **Oᵛ** || **153** speciem *Bent.* -ie **O** | ficti **GL²** -e **L** -ae **M** || **154** caeca *Bent.* -co, *quod tuetur Hous.⁵* || **155** iactant **GL²** lactant **LMV** || **156** uideri **M** -re **GL** || **157** uero **GL²**: *om.* **LMV** || **161** uentos **M** uictor **GL** || **163** motu **M**, *Turnebus XXIII 27, Gron.⁶* moritur **GLV** monitus *Bonon.* || **166** pensare **b** pins- **O** | fulcro *Bonincontrius* fulto **O** saltu *Bonon.* || **167** *ante* **165** (*Scal.¹ praeeunte*) *Huet* | citos ictus **GL²** cito sic tuos **LM** || **168** pilarum **LM** pilatum **G** (*cf. 4, 422* christi) || **169** uagas *Bonon.* -us **O** || **170** teneat **GL²** -ant **LMV** | ipse **b** ipsa **Oᵛ** (*et* reludant **V**) || **171** edoctos **GL²** edictos **LMV**

invigilat curis, somnos industria vincit,
otia per varios exercet dulcia lusus.
Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra
175 consurgunt Iugulae. quibus aspirantibus orti
te, Meleagre, colunt flammis absentibus ustum
reddentemque tuae per mortem munera matri,
cuius et ante necem paulatim vita sepulta est,
atque Atalantaeos conatum ferre labores,
180 et Calydonea bellantem rupe puellam
vincentemque viros et quam potuisse videre
virgine maius erat sternentem vulnere primo.
quaque erat Actaeon silvis mirandus, et ante
quam canibus nova praeda fuit, ducuntur et ipsi,
185 retibus et claudunt campos, formidine montes.
mendacisque parant foveas laqueosque tenacis
currentisque feras pedicarum compede nectunt
aut canibus ferrove necant praedasque reportant.
sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum
190 diversas facies et caeco mersa profundo
sternere litoreis monstrorum corpora harenis
horrendumque fretis in bella lacessere pontum
et colare vagos inductis retibus amnes
ac per nulla sequi dubias vestigia praedas,
195 luxuriae quia terra parum, fastidit et orbem
venter, et ipse gulam Nereus ex aequore pascit.

174–196 *Firm. 8, 9, 1* in i parte Cancri oriuntur Iugulae. (*nativus*) erit ... ad omne studium venationis applicatus. is retibus feras capiet, aut foveis decipiet, vel variis formidinibus ferroque sectabitur, aut canibus ferarum capiendarum gratia scrutabitur secreta silvarum. sed et femina si sic nata fuerit, viraginis animo haec eadem similibus rationibus persequetur. ... erunt ad omne studium piscationis applicati, ut exquisitis piscationibus etiam marinas beluas capiant

172 inuigilat **O** -ant *Bent.* | curis somnos *Bent.* somnis (sumnis **M**) curas **O** || **173** exercet **O** -ent *Bent.* || **176** absentibus *Gron.*[4] *II 11* habentibus **M** habitantibus **GL** || **179** atalanteos **M** athlanteos **G** adlanteos **L** | conatum **GL**[2] -ur **M** -us **LV** || **180** puellam **LM** capellam **G** || **181** uidere **M**, *Barth 1409* -ri **GL** || **182** maius **LM** natus **G** || **183** qua *Barth 206* quam **O** | acteon **GL**[2] tactaeon **M** acteontactem **L** | mirandus *Scal.*[1] imitandus **GL** mutandus **M** | qu. e. A. sublimis laude, set ante *Hous.*[00] || **185** *dist. Hous.*[00] | montes **LMV** mortis **GL**[2] || **190** mersa **b** missa **O**[v] (-so **L**) || **191** harenis *Bonon.* habenis **GL**[2]**V** habens **L** habetis **M** || **192** fretis **G** fraetis **L**[2] pretis **L** precis **M** | lacessere **GL**[2] cessere **LM** || **194** dubias *Bent.* dubitat **O** || **195** luxuriae *Reg.* luxuria **O** | quia **GL** qua **M** | fastidit et *Bechert, Hous.*[00] fastidiet **O**

At Procyon oriens, cum iam vicesima Cancro
septimaque ex undis pars sese emergit in astra,
venatus non ille quidem verum arma creatis
200 venandi tribuit. catulos nutrire sagacis
et genus a proavis, mores numerare per urbes,
retiaque et valida venabula cuspide fixa
lentaque correctis formare hastilia nodis,
et quaecumque solet venandi poscere cura
205 in proprios fabricare dabit venalia quaestus.
Cum vero in vastos surget Nemeaeus hiatus,
exoritur candens latratque Canicula flammas
et rabit igne suo geminatque incendia solis.
qua subdente facem terris radiosque vomente
210 divinat cineres orbis fatumque supremum
sortitur, languetque suis Neptunus in undis,
et viridis nemori sanguis decedit et herbis.
cuncta peregrinos orbes animalia quaerunt
atque eget alterius mundus; natura suismet
215 aegrotat morbis nimios obsessa per aestus
inque rogo vivit: tantus per sidera fervor
funditur atque uno cessant in lumine cuncta.

197–205 *Firm. 8, 9, 3* in Cancri parte xx⟨vii⟩ oritur Procyon. (*nativi*) erunt quidem ipsi ab omni venationis studio separati, verum arma venatoribus aut facient aut parabunt . . . et quicquid ad instructionem eius studii pertinet. nutrient etiam canes qui ferarum cubilia et latentes latebras praesagis naribus persequantur || **206–233** *Firm. 8, 10, 1* in i parte Leonis oritur Canicula. (*nativi*) effrenatos animos ad omne studium praeposteri facinoris applicabunt. erunt etiam ab omni humanitatis gratia separati, et qui libenter omnia violentiae studia sectentur, furiosi iracundi terribiles minaces, ⟨et⟩ quos omnes homines et oderint pariter et metuant. erunt etiam animosi et verbosa affluentia sermonis semper inflati, et quos ad omne convicium incautus sermo semper impellat, nova et inaudita causarum iurgia concitantes. horum cor crebris agitationibus palpitat, et vox eorum arescentibus faucibus canum latratus imitatur, ut impetu et furore commoti aut dentes quatiant, aut attritu semper exacuant. . . . hi numquam metuunt secreta silvarum, sed omnium ferarum morsus prona animositate contemnunt. . . . erunt etiam ea corporis velocitate, ut leporem cursu comprehendant

197 cancro **M** c. est **GL** || **198** sese **GL**^{2}: *om.* **LMV** || **201** a proauis **GL**^{2} aproaui **L** aproam **M** ac proaui **V** || **202** fixa **GL**^{2}**M** fixta **L** || **203** correctis *Vlitius ad Gratt. 144* contextis **GM** contexos **L** || **204** quaecunque *Reinesius 21* qui- **M** quod- **GL** || **205** proprios **M** -as **GL** || **206** Nemeaeus *Quat.* nemeus **LM** ne meus **G** || **207** candens *Schrader teste Kleingünthero 4 n.* -que canis **O** laeva *tempt. Hous.*^{5} (latrans spiratque *Hous.*^{00}) | flammas **GLM** -is **L**^{2} -ans *Scal.*^{1} || **208** rapit **GL**^{2} -et **M** -iet **L** rabit *Scal.*^{1} || **209** vomente *Alton* mouente **G** -em **LM** || **210** divinat *Hous.*^{1} *ad 895* dimicat in **O** || **212** nemori **GL**^{2} -is **LM** || **217** cessant *Bailey 86* in lumine *Scal.*^{1}: ceu sunt in flumine **O** censentur lumine *Garrod ad 2, 226*

haec ubi se ponto per primas extulit oras,
nascentem quam nec pelagi restinxerit unda,
220 effrenos animos violentaque pectora finget
irarumque dabit fluctus odiumque metumque
totius vulgi. praecurrunt verba loquentis,
ante os est animus nec magnis concita causis
corda micant et lingua rabit latratque loquendo,
225 morsibus et crebris dentes in voce relinquit.
ardescit vino vitium, viresque ministrat
Bacchus et in flammam saevas exsuscitat iras.
nec silvas rupesque timent vastosque leones
aut spumantis apri dentes atque arma ferarum,
230 effunduntque suas concesso in corpore flammas.
ne talis mirere artes sub sidere tali,
cernis ut ipsum etiam sidus venetur in astris;
praegressum quaerit Leporem comprendere cursu.
Ultima pars magni cum tollitur orta Leonis,
235 Crater auratis surgit caelatus ab astris.
inde trahit quicumque genus moresque, sequetur
irriguos ruris campos amnesque lacusque,
et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad ulmos,
disponetve iugis imitatus fronde choreas,
240 robore vel proprio fidentem in bracchia ducet

234–250 *Firm. 8, 10, 6* in parte xxx Leonis oritur Cratera. (*nativus*) irriguos amabit campos, et fontes aut rivos aut fluvios ab alveo suo ad alia derivabit loca. erit vinearum et amator et cultor, et qui infecundis arboribus fecundos inserens surculos glutinet, vel qui buxeas arbores tondens in beluas fingat, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat. hic vinum sine admixtione aliqua libenter bibit. ... humidas merces negotiabitur. ... in dolium vinarium aut in puteum submersus morietur

218 ponto **GL²** -ta **LM** | primas **d** proximas **O** pronas **e** per p. *om.* **V** || **219** quam nec **M** quem **L** si quem **GL²**: *om.* **V** | restinxerit **G** -str- **LMV** || **220** finget **GL²** -it **LM** || **221** fluctus **b** fletus **Oᵛ** || **222–223** *expl. Bühler 475 sq.* || **222** praecurrunt **GL** pro- **M** | loquentis **O** -es *Bent.* || **223** concita **V** condita **GLM** || **224** rabit **LMV**, *Scal.*¹ rapit **GL²** || **225** reliquit **G** || **226** vino *Bent.* uitio **O** || **227** flammam **M** -ma **GL** || **228** rupes **M** ripas **GLV** || **229** aut **M** at **GL** || **230** effundunt **GLV** et f- **M** ecf- *Ellis 175* | concesso **GL²M** -cerso **L** -uerso **V** | corpore **M** robore **GL** || **231** ne talis *Hous.*⁵ (neu *Hous.*⁰⁰) nec alis **M** nec talis **GL** || **232** uenetur **L²** ueneretur **GLM** || *post* **233** *fort. 1, 435 Bent.* || **234** orta **MV** ora **GL** orbe *Scal.*¹ || **235** crater (c.que *iam Reg.*) *Scal.*¹ cetera **M** ceteraque **GL** ceteque **V** | caelatus **M** celatus **GL** || **236** sequetur *Scal.*¹ -entur **O** || **238** et te **GL** ecce **M** | tuas **M** -os **GL** | iunget **M**, *Scal.*¹ -it **GL** || **239** -ue **M** -que **GL** || **240** fidentem **M**, *Scal.*² find- **GL** fund- **L²** | ducet *Scal.*¹ -it **O**

teque tibi credet semperque; ut matre resectum,
abiunget thalamis, segetemque interseret uvis,
quaeque alia innumeri cultus est forma per orbem
pro regione colet. nec parce vina recepta
245 hauriet, emeritis et fructibus ipse fruetur
gaudebitque mero mergetque in pocula mentem.
nec solum terrae spem credet in annua vota:
annonae quoque vectigal mercesque sequetur
praecipue quas umor alit nec deserit unda.
250 talis effinget Crater umoris amator.
Iam subit Erigone. quae cum tibi quinque feretur
partibus ereptis ponto, tollentur ab undis
clara Ariadnaeae quondam monumenta coronae
et mollis tribuent artes. hinc dona puellae
255 namque nitent, illinc oriens est ipsa puella.
ille colet nitidis gemmantem floribus hortum
260 caeruleumque oleis viridemve in gramine collem.
257 pallentis violas et purpureos hyacinthos
liliaque et Tyrias imitata papavera luces
vernantisque rosae rubicundo sanguine florem
261 conseret et veris depinget prata figuris.
aut varios nectet flores sertisque locabit
effingetque suum sidus similisque ⟨coronas
Cnosiacae faciet; calamosque⟩ in mutua pressos

251–269 *Firm. 8, 11, 1* in Virginis parte v exoritur Corona. (*nativus*) erit variis deliciarum voluptatibus occupatus, muliebrium artium studiis deditus, florum et coronarum inventor, et qui amoenis hortorum delectationibus adhaerescat, odores unguenta aromata studiosa cupiditate desiderans, corpus suum lenocinio pulchritudinis excolens

241 tibi **V**, *Scal.*^{2} cibi **L** sibi **GL^{2}M** | credet **c** -it **O** | -que ut *Hous.*^{00} qui **O** | Semeleve a matre *Bent.* stirpemque a matre resectam *J. G. Schneider* || **242** abiunget *Hous.*^{00} (adi- *Scal.*^{1}) adiungit **GL^{2}M** at (et **V**) iungit **LV** | thalamis **GV** talamis **L** calamis **M** | interseret *Scal.*^{1} -it **O** || **243** est **b** et **O** || **244** colet **M**, *Scal.*^{1} -it **GL** | parce **GL^2** parte **LM** || **245** emeritis *Hous.*^{00} emiseris **O**^{v} emessis *Gevartius II 13 p. 79 sq.* | fructibus **G** frugibus **LM** | fruetur *Scal.*^{1} fouetur **O** || **246** merget **GL^{2}M** -it **L** | mentem **GLM** -um **V** || **247** terrae **GL^2** -ra **LMV** || **249** deserit unda (*hoc* **V**) **O** deseret undam **b**, *Bent. teste Garrodo, Bailey*^{2} *168* || **250** crater humoris **dv** craterum moris (mortis **G**) **O**^{v} || **251** tibi (t^1) *Bent.* ter (t$^{\rceil}$) **O** | feretur *Reg.* -untur **O** || **253** clara *Scal.*^{1} cara **O** | ariadnee **L^2** adriadneae **GL** ariadnae **M** || **255** namque **GL^2** nam qua **LM** || **260** *ante* **257** *Hous.*^{5} | -que **M**: *om.* **GL** | oleis *Bent.* foliis **O** | gramine **GL** germine **M** | colem **r** (caulem *Ellis 176*) || **261** conseret et **GL** consereret **M** || **262** nectet **GL^2** -it **LM** | locabit **GL^2** -uit **LM** || **263** effinget **GL** et finget **M** (ecf- *Hous.*^{5}) | suum **GL^{2}M** suos **LV** (suom *Hous.*^{5}) | sidus similesque **M** similesque sidus (situs **V**) **LV** similesque **L^2** similes **G** | *lacunam unius versus post* similesque *Hous.*^{5} (*qui et exemplum dedit*), *post* sidus *Jacob*

incoquet atque Arabum Syriis mulcebit odores
265 et medios unguenta dabit referentia flatus,
ut sit adulterio sucorum gratia maior.
munditiae ⟨cordi⟩ cultusque artesque decorae
et lenocinium vitae praesensque voluptas.
Virginis hoc anni poscunt floresque Coronae.
270 At, cum per decimam consurgens horrida partem
Spica feret prae se vallantis corpus aristas,
arvorum ingenerat studium rurisque colendi
seminaque in faenus sulcatis credere terris
usuramque sequi maiorem sorte receptis
275 frugibus innumeris atque horrea quaerere messi
(quod solum decuit mortalis nosse metallum:
nulla fames, non ulla forent ieiunia terris;
dives erat census saturatis gentibus ⟨olim
argenti venis aurique latentibus⟩ orbi)
et, si forte labor vires tardaverit, artes
280 quis sine nulla Ceres, non ullus seminis usus,
subdere fracturo silici frumenta superque
ducere pendentis orbes et mergere farra
ac torrere focis hominumque alimenta parare
atque unum genus in multas variare figuras.
285 et, quia dispositis habitatur spica per artem
frugibus, ac structo similis componitur ordo,
seminibusque suis cellas atque horrea praebet,
sculpentem faciet sanctis laquearia templis
condentemque novum caelum per tecta Tonantis.
290 haec fuerat quondam divis concessa figura,

270–292 *Firm. 8, 11, 3* in Virginis signo in parte x oritur Spica. (*nativus*) erit ruralibus officiis semper applicatus et ad agrorum cultum patientia laboris addictus, et qui novis seminibus per annos singulos novitatem frugibus pariat; ad subsidium vitae multas fruges horreis condet. facit etiam pro aliarum stellarum testimonio pistores, dulciarios, et his similes

264 Syriis *Hous.*^{00} siluis **O** || 265 medios **O** medicos **b** Medos *Bent.* || 267 cordi *add. Hous.*^{00} cultusque placent *Bent.* | decorae **b** -ri **O** doceri **V** || 270 decimam] x^{am} **L** (*cf. ad 4, 446*) || 271 prae se *Scal.*^{1} praesens **O**^{v} | uallantis **M** ualentis **GL** que ualentes **V** || 278 *lacunam unius versus post* gentibus *suppl. Hous.*^{5} | *versum del. Bent., ut* 276–278 *olim Hous.*^{00} || 279 *dist. Pingré* | uiris **v** iuris **O** ruris **b** | artes **GL** artem **V** actis **M** || 281 fracturo silici *Barth 256* facturos **O**^{v} *tum* luci **GLV** luti **L**^{2} liti **M** || 282–292 *non prima sed tamen antiqua manus in* **L**, *post* 508 *Scal.*^{1} || 282 *post* 283 **G** | farra **L**^{2}**M** sacra **GL** || 284 variare *Scal.*^{1} uariasque **O** || 285–288 *dist. Bent.* || 285 habitatur **L**^{2}**M** habeatur **GLV** || 286 ac *Ellis*^{3} *282* (et *Bent.*) structo *Bent.*: destructos **LM** exstructos **G** -us **V** || 289 tonantis **b** tenacis **O**^{v}

nunc iam luxuriae pars est: triclinia templis
concertant, tectique auro iam vescimur auro.
Sed parte octava surgentem cerne Sagittam
Chelarum. dabit haec iaculum torquere lacertis,
295 et calamum nervis, glaebas et mittere virgis,
pendentemque suo volucrem deprendere caelo,
cuspide vel triplici securum figere piscem.
quod potius dederim Teucro sidusve genusve,
teve, Philoctete, cui malim credere parti?
300 Hectoris ille faces arcu taedamque fugavit,
mittebat saevos ignes quae mille carinis.
hic sórtem pharetra Troiae bellique gerebat,
maior et armatis hostis subsederat exul.
quin etiam ille pater tali de sidere cretus
305 esse potest, qui serpentem super ora cubantem
infelix nati somnumque animamque bibentem
sustinuit misso petere ac prosternere telo.
ars erat esse patrem; vicit natura periclum
et pariter iuvenem somnoque ac morte levavit
310 tunc iterum natum et fato per somnia raptum.
At, cum secretis improvidus Haedus in antris
erranti similis fratrum vestigia quaerit
postque gregem longo producitur intervallo,
sollertis animos agitataque pectora in usus
315 effingit varios nec deficientia curis

293–310 *Firm. 8, 12, 1* in signo Librae in parte viii oritur Sagitta. (*nativus*) erit iaculator sagittarum, qui volantes aves speciali artificii moderatione percutiat, aut pisces tridente vel cuspide inter ipsa undarum spatia figat intrepidus || **311–323** *Firm. 8, 12, 3* in Librae parte xv oritur Haedus. (*nativus*) erit animo vario semper consilioque sollicito, qui variis cogitationibus implicatus numquam quietae securitatis gratia perfruatur. erit etiam obsequiis magistratuum deputatus, scriba tabularius, publicorum vectigalium tractans officia, sed lascivis moribus et praeposteris amoris cupiditatibus obligatus, vino et epulis deditus, et qui rebus publicis conviviorum praeferat gratiam, aptus ad saltandum, et scaenicas artes studiosa animositate perdiscens

291 est *Scal.*[1] et **GL**: *om.* **M** || **294** haec *Bent.* et **O** || **295** emittere **V** || **296** deprendere **GM** dependere **L** || **298** potius *Scal.*[1] totius **O** | teucro **b** tecicro **GL** tocycro **M** || **299** -ue **GL** -ne **M** | malim **L**[2] mallim **GL** mallum **M** || **300** arcu **G LM** arcus et **L**[2] | taedam *Hous.*[5] tela **L** (arcus et tela **a**) -lum **M** -lo **G** -lis *Scal.*[1] || **301** saevos *Ellis 179* -que suos **O** (*quo servato* cives e *Hous.*[00]) | quae *Hous.*[5] qui *Ellis 179* et **O**[v] || **302** sortem pharetra *Bent.* ortam (*hoc et* **V**) pharetram **GL** orta inpharetro **M** | belli *Bent.* -um **O** || **306** somnum **b** sonum **O**[v] | bibentem **GL**[2] uiuentem **LMV** || **308** arserat **O** || **310** natum et fato **b** nato et fatum **M** natum et fatum **GL** || **311** antris *Hous.*[5] astris **O** arvis *Bent.* || **314** pectora **G** -re **LM** || **315** effingit **G** et f- **LM** ecf- *Hous.*[5]

nec contenta domo. populi sunt illa ministra
perque magistratus et publica iura feruntur.
non illo coram digitos quaesiverit hasta,
defueritque bonis sector, poenamque lucretur
320 noxius et patriam fraudarit debitor aeris.
cognitor est urbis. nec non lascivit amores
in varios ponitque forum suadente Lyaeo,
mobilis in saltus et scaenae mollior arte.
Nunc surgente Lyra testudinis enatat undis
325 forma per heredem tantum post fata sonantis,
qua quondam somnumque fretis Oeagrius Orpheus
et sensus scopulis et silvis addidit aures
et Diti lacrimas et morti denique finem.
hinc venient vocis dotes chordaeque sonantis
330 garrulaque ⟨in⟩ modulos diversa tibia forma
et quodcumque manu loquitur flatuque movetur.
ille dabit cantus inter convivia dulcis
mulcebitque sono Bacchum noctemque tenebit.
quin etiam curas inter secreta movebit
335 carmina furtivo modulatus murmure vocem,
solus et ipse suas semper cantabit ad aures,
sic dictante Lyra, cum pars vicesima sexta
Chelarum surget, quae cornua ducet ad astra.
Quid regione Nepae vix partes octo trahentis
340 Ara ferens turis stellis imitantibus ignem,

324–338 *hoc sidus transit Firmicus, qui 8, 15, 3 Lyram appellat quam noster 5, 409 Fidem* || **339–347** *Firm. 8, 13, 1* in ⟨vii⟩i Scorpii parte oritur Ara. (*nativi*) erunt sacerdotes, prophetae, neocori, sanctissimae cuiusdam religionis antistites, divinas quasdam artes studiosis interpretationibus explicantes

318 illo **LMV** ullo **GL**[2] | coram *Gron.*[1] *c. 26* (*p. 270 ed. Hand*) curam **O**[v] | digitos quaesiverit *Bent.* digito *tum* quae iuuerit **M** qui iuuerit **GLV** | hasta **LM** -ae **G** || **319** -que[1] *om.* **M** || **320** fraudarit **GL**[2] -et **LMV** || **321** urbis **M**, *Scal.*[1] uerbis **GLV** | amores **b** -is **LM** amaris **GL**[2] || **322** ponit **GL**[2] -et **LM** | suadente *Bent.* suadetque **O**[v] ('*fuerat* suadetve' *Hous.*[5]) gaudetque *Gron.*, *De Sestertiis IV c. 3* (*1643, p. 279 ed. 1691*) || **323** mobilis **s** nobilis **O**[v] | scenae **L**[2] staenae **M** sene **L** seue **G**: *om.* **V** | arte **GLM** ire **L**[2] || **325** post fata **M** praefata **GL** profata **V** || **326** somnum **M** sonitum **GL** mentem *Francius teste Jacobo, Bent.* | fretis *Hous.*[5] ferens **O** feris *Francius t. J.*, *Bent.* | sonitum referens *Reinesius 22* || **327** sensus **GL** census **M** || **329** uocis dotes *Reg.* -es -is (*hoc* **V**) **O** | chordae *Gron.*[6], *Pingré* horeae **M** boreae **GLV** || **330** -que in *Barth 296* que **M** quae **GLV** || **333** noctem **M** -es **GL** || **335** carmina **M** -ne **GLV** || **336** cantabit **GL**[2] -uit **LM** | aures **GL** iurus **M** || **337 b** (cum ...) *et* **338 b** (quae ...) *inter se transp. Pingré* || **338** surget **GL**[2] -ent **LM** | ducet **GL** -it **M** || **339** quid **M** quod **GLV** | Nepae vix *Scal.*[1] pari uix **GL**[2] paruis **L** pauis **M**: *om.* **V**

in qua devoti quondam cecidere Gigantes,
nec prius armavit violento fulmine dextram
Iuppiter, ante deos quam constitit ipse sacerdos?
quos potius fingent ortus quam templa colentis
345 atque auctoratos in tertia iura ministros,
divorumque sacra venerantis numina voce,
paene deos et qui possint ventura videre?
  Quattuor appositis Centaurus partibus effert
sidera et ex ipso mores nascentibus addit.
350 aut stimulis agitabit onus mixtasque iugabit
semine quadrupedes aut curru celsior ibit
aut onerabit equos armis aut ducet in arma.
ille tenet medicas artes ad membra ferarum
et non auditos mutarum tollere morbos.
355 hoc est artis opus, non exspectare gementis
et sibi non aegrum iamdudum credere corpus.
  Hunc subit Arcitenens, cuius pars quinta nitentem
Arcturum ostendit ponto. quo tempore natis
Fortuna ipsa suos audet committere census,
360 regalis ut opes et sancta aeraria servent
regnantes sub rege suo rerumque ministri,
tutelamque gerant populi, domibusve regendis
praepositi curas alieno limine claudant.

348–356 *Firm. 8, 13, 3* in Scorpii parte xii oritur Centaurus. (*nativus*) aut auriga erit aut equorum nutritor et cultor, aut certe exercitator aut mulomedicus, aut certe equitiarius || **357–363** *Firm. 8, 14, 1* in Sagittarii signo in parte v oritur Arcturus. (*nativus*) erit talis qui amicorum secreta fideli taciturnitate custodiat. huic opes regiae credentur aut aerarium populi aut aedes publicae. ... aut cura illis populi credetur, aut fiunt domus regiae ianitores, aut quibus in palatio admittendi vel salutandi officia credantur

342 dextram **GL**^{2} -ra **M** -ro **L** || **343** constitit **GL**^{2} -uit **L** ipse constitit **M** || **344** quos *Reg.* quod **O** quid **b** | finget *Scal.*^{2} | partus *Fayus* | colentis **M** -es **GL** ferentes **V** || **346** voce *Scal.*^{1} -es **O** || **347** possint **M** -unt **GL** || **349** sidera **M** -re **GLV** | mores **b** -re **LM** -rem **G** || **350** agitabit *Jacob* -uit **M** -uit aut **L** agit aut **GL**^{2} agitat **V**: aget ante boves *Thomas ap. Ellis 185* | onus **M** (= *ὄνους*) omnis **GLV** | mixtas **LM** -os **G** -o *Bent.* || **351** curru **GL**^{2} -us **LM** || **352** onerabit **GL**^{2} -uit **LM** || **353** medicas *Reg.* medias **O** | ferorum *Scal.*^{1} || **354** mutarum *Reg.* -unt **O** mularum *Postgate*^{2} *272* || **356** aegrum **b** -ros **O**^{v} | poscere credi *Hous.*^{00} | *versum explicavit Gron.*^{4} *II 11* || **357** nunc **V** | pars **GL** par **M** | quinta] $\overset{a}{v}$ **L** v **G** || **358** natis **GL**^{2} nantis **LM** || **360** opes **GL**^{2} opus **LM** | seruent **L**^{2} -it **M** feruent **GL** || **361** rege **GL**^{2} regno **LM** || **362–363** *post* **373** *in* **O**: *huc, ubi Firmicus 8, 14, 1 eos legit, transp. Scal.*^{1} || **362** gerant **LM** -unt **G** || **363** praepositi **GL**^{2} -is **LM** | limine *Scal.*^{1} limite **GL** lumine **M** | claudant **M** -unt **GLV**

  Arcitenens cum se totum produxerit undis,
365 ter decima sub parte feri formantibus astris
plumeus in caelum nitidis Olor evolat alis.
quo surgente trahens lucem matremque relinquens
ipse quoque aerios populos caeloque dicatum
alituum genus in studium censusque vocabit.
370 mille fluent artes: aut bellum indicere mundo
et medios inter volucrem prensare meatus,
aut nidis damnare suis, ramove sedentem
pascentemve super surgentia ducere lina.
atque haec in luxum. iam ventri longius itur
375 quam modo militiae: Numidarum pascimur oris
Phasidos et lucis; arcessitur inde macellum
unde aurata novo devecta est aequore pellis.
quin etiam linguas hominum sensusque docebit
aerias volucres novaque in commercia ducet
380 verbaque praecipiet naturae lege negata.
ipse deum Cycnus condit vocemque sub illo
non totus volucer, secumque immurmurat intus.
nec te praetereant clausas qui culmine summo
pascere aves Veneris gaudent et reddere caelo
385 aut certis revocare notis, totamve per urbem
qui gestant caveis volucres ad iussa paratas,
quorum omnis parvo consistit passere census.
has erit et similis tribuens Olor aureus artes.
  Anguitenens magno circumdatus orbe draconis,

364–388 *Firm. 8, 14, 3* in Sagittarii parte x⟨xx⟩ oritur Cygnus. (*nativus*) aut aves capiet, aut aves mercabitur, aut ingenioso studio avibus humanae sonum vocis insinuat, aut palumbos studiose nutriet || **389–393** *Firm. 8, 15, 1* in primis

364–366 *dist. Fayus* || **366** nitidis olor euolat alis **b** n. olore uolantis **GL** uttibi solore uola talis **M** || **369** alituum **G**^{2}**L** altiuum **G** alitum **M** | genus in *Huet* -que genus **O** || **370** fluent **GL**^{2} -ant **LMV** || **371** medios **GL** modios **M** | prensare **GL**^{2}, *Scal.*^{1} pensare **LM** || **372** nidis damnare **G**^{2}, *Scal.*^{1} nitidos clamare **GLM** || **373** ducere **M** dic- **GL** deic- **G**^{2} | lina **M** luna **L** uina **GL**^{2} || **374** *dist. Fayus* || **375** quam **GL** qua **M** | oris **M** horis **GL** || **376** lucis *Scal.*^{2} *in notis* ducis **LMV** dulcis **G** || **377** devecta *Jacob* effecta **LM** inf- **V** conf- **L**^{2} conuecta **G** vectata *Hous.*^{5} || **379** noua **GL**^{2} -as **LM** | ducet **G** -it **LM** || **380** negata **GL**^{2} necata **LM** || **384** ueneris gaudent **M** gaudent ueneris **GL** | caelo *Jacob* caecos **O**^{v} caecas *Bonon.* | credere campo *Bent.* || **385** aut **GL**^{2}**M** at **L** ac *Bent.* (*sed cf. Haupt, Opusc. I 107–110*) | urbem **GL** orbem **M** || **386** gestant **GL**^{2}**M** -at **LV** | caueis **GL**^{2} acaueis **LM** || **387** consistit passere (*hoc* **V**) **GL** constitit parcere **M** || **388** has erit **M**, *Scal.*^{1} haeserit **GL** | olor aureus **b** olo taureus **M** color aureus **GL** || **389** Anguitenens *Scal.*^{1} et qui tenens **M** arcitenens **GL**^{2} arcetenens **L** | draconis **GL** -ontis **M** (*'qua nominis forma fortasse hic usus est Manilius ad differentiam signandam' sc. a Dracone signo: Hous.*^{5})

390 cum venit in regione tuae, Capricorne, figurae,
non inimica facit serpentum membra creatis.
accipient sinibusque suis peploque fluenti
osculaque horrendis iungent impune venenis.
At, cum se patrio producens aequore Piscis
395 in caelumque ferens alienis finibus ibit,
quisquis erit tali capiens sub tempore vitam,
litoribus ripisve suos circumferet annos,
398 pendentem et caeco captabit in aequore piscem,
531 et perlucentis cupiens prensare lapillos
532 verticibus mediis oculos immittet avaros
399 cumque suis domibus concha valloque latentis
400 protrahet immersus. nihil est audere relictum:
quaestus naufragio petitur corpusque profundo
immissum pariter quam praeda exquiritur ipsa.
nec semper tanti merces est parva laboris:
censibus aequantur conchae, lapidumque nitore
405 vix quisquam est locuples. oneratur terra profundo.
tali sorte suas artes per litora tractat,
aut emit externos pretio mutatque labores
institor aequoreae varia sub imagine mercis.
Cumque Fidis magno succedunt sidera mundo
410 quaesitor scelerum veniet vindexque reorum,
qui commissa suis rimabitur argumentis

partibus Capricorni oritur Ophiuchus. (*nativi*) erunt Marsi qui pestiferos angues sopitis ac mitigatis aculeis nutrient

394–408 *Piscem Notium Firmicus omittit* || **409–415** *Firm. 8, 15, 3* (*Manilii ordinem sane invertens*) in x parte Capricorni oritur Lyra. (*nativi*) erunt aequi rectique cupidi, ad omne apti aequitatis officium, vindices scelerum, quibus publica iudicia quaestionesque credantur. . . . erunt tortores, carnifices, qui malos homines pronae cupiditatis studio persequantur

392 accipient **G** -unt **LM** | sinibus **L**[2] sen- **GM** (*vide ad 421*) sens- **L** sensis **V** | peploque fluenti **G** populoque fluentis **LMV** || **394** at **GL** ac **M** | producens *Hous.*[00] producet in **GM** -cit in **L** -cit ab **d** | piscis **GL**[2] -es **LM** || **396** erit **M** est **GL** is est **L**[2] || **397** -ue **M** -que **GL** || **531–532** *post* **398** *Hous.*[00] || **531** cupiens *Salmasius*[2] *760b A* cuperet **O** || **532** immittet *Scal.*[1] emittet **GL**[2] -it **LM** || **400** inmersus **L**[2]**M** immensus **GL** -sos **V** || **401** quaestus **M** questus **GL** || **402** quam **O** (*cf. 3, 482*) cum *Reg., fortasse recte* | exquiritur **M** exequitur **GL** || **403** tanti **G** -ta **LM** | merces est parua **GL**[2]**M** p. m. est **L** parua mercede **V** || **404** lapidum *Salmasius*[2] *825a E* rapidum **O** | nitore *Hous.*[13] *17* (nitori *iam Salmasius*) notori **LM** notari **GL**[2] || **404–405** *ante Hous. expedivit Hemsterhusius teste Flores* (*Aion 1* [*1979*] *81–95*) || **405** quisquam **LMV** umquam **G** || **406** sorte **b** forte **O** || **407** mutat **GL**[2]**M** mittat **LV** || **408** institor **G**[2] insitor **GL** iustititor **M** | sub **GM** sibi **L** || **410** ueniet scelerum **V**

in lucemque trahet tacita latitantia fraude.
hinc etiam immitis tortor poenaeque minister
et quisquis verove favet culpamve perodit
415 proditur atque alto qui iurgia pectore tollat.
  Caeruleus ponto cum se Delphinus in astra
erigit et squamam stellis imitantibus exit,
ambiguus terrae partus pelagique creatur.
nam, velut ipse citis perlabitur aequora pinnis
420 nunc summum scindens pelagus nunc alta profundi
et sinibus vires sumit fluctumque figurat,
sic, venit ex illo quisquis, volitabit in undis.
nunc alterna ferens in lentos bracchia tractus
⟨conspicuus franget spumanti limite pontum⟩
et plausa resonabit aqua, nunc aequore mersas
425 diducet palmas furtiva biremis in ipso,
nunc in aquas rectus veniet passuque natabit
et vada mentitus reddet super aequora campum;
aut immota ferens in tergus membra latusque
non onerabit aquas summisque accumbet in undis
430 pendebitque super, totus sine remige velum.
illis in ponto iucundum est quaerere pontum,
corporaque immergunt undis ipsumque sub antris
Nerea et aequoreas conantur visere Nymphas,
exportantque maris praedas et rapta profundo
435 naufragia atque imas avidi scrutantur harenas.
par ex diverso studium sociatur utrumque

416–448 *Firm. 8, 15, 2* (*Manilii ordinem sane invertens*) in parte viii Capricorni oritur Delphinus. (*nativus*) habebit natandi studium, . . . urinator erit . . . (facit) petaminarios, ephelmatores, orchestopalarios, petauristarios, aut certe nautas cursus agilitate perspicuos

412 latitantia **p**^{2} *Scal.*^{2} latentia **O** laetantia *Bent.* || **414** -ve favet *Jacob* fauet **LM** -it **GL**^{2} || **415** pectore **G** -ra **LM** || **418** pelagi *Burton, Hous.*^{00} -go **O** | creatur **M** -us **GL** || **421** senibus **O** ('*prisce pro* sinibus' *Junius 125*) | sumit **G** -et **LM** | fluctum **M** fructum **GL** | *versum om.* **V** || **423** nunc **b** huic **M** hinc **GLV** | tractus **a** tactus **O**^{v} || *lacunam ante* **424** *positam explevit Hous.*^{5} || **424** resonabit **LM** -bat **G** | mersus **V** || *post* **424** et senibus uiresonabit aqua nunc aequore mersas **LM** et senibus iure **V**: *totum om.* **G** || **425** diducet **u** de- **GL** dicucet **M** | furtiva biremis *Hous.*^{5} furtiuo **O**, *tum* remis **GLM** remus **G**^{2} || **426** passu *Bent.* -um **O**^{v} | natabit **b** notabit **GL**^{2}**V** -uit **LM** || **427** reddet **GL**^{2} -it **LM** | aequore *Reinesius 23* (*sed apud Manilium* super *ablativo non adiungitur*) || **430** super **GL**^{2} per **L** pre **M** | totus *Bent.* -um **LM** tutum **G** tantum *Jacob* solum *Hous.*^{5} | remige **GL** remigere **M** | velum *Bent.* uotum est **O**^{v} (est *om.* **b**) || **432** -que immergunt *Scal.*^{1} qui mergunt **O** quin *Barth 322* || **436–437** *post* **418** *Scal.*^{1} || **436** par *Scal.*^{1} pars **O** | studium **M** studit **LV** studet et **GL**^{2}

in genus atque uno digestum semine surgit.
adnumeres etiam illa licet cognata per artem
corpora, quae valido saliunt excussa petauro
440 alternosque cient motus, elatus et ante
nunc iacet atque huius casu suspenditur ille,
membrave per flammas orbesque emissa flagrantis,
444 quae delphina suo per inane imitantia motu
443 molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis
445 et viduata volant pinnis et in aere ludunt:
at, si deficient artes, remanebit in illis
materies tamen apta; dabit natura vigorem
atque alacris cursus campoque volantia membra.
Sed regione means Cepheus umentis Aquari
450 non dabit in lusum mores. facit ora severae
frontis ⟨is⟩ ac vultus componit pondere mentis.
pascentur curis veterumque exempla revolvent
semper et antiqui laudabunt verba Catonis.
455 componet teneros etiam qui nutriat annos
et dominum dominus praetextae lege sequatur
457 quodque agat id credat, stupefactus imagine iuris,
454 tutorisve supercilium patruive rigorem.
458 quin etiam tragico praestabunt verba coturno,
cuius erit, quamquam in chartis, stilus ipse cruentus
460 nec minus hae scelerum facie rerumque tumultu
gaudebunt. vivi bustum memorare sepulcri

449–485 *Firm. 8, 15, 4* **in xv parte Capricorni (*hic manifeste a Manilio discedit*) oritur Cepheus. (*nativi*) erunt graves, austeri, omni severitatis auctoritate metuendi, vultum semper ex morum integritate fingentes, qui stoicam sectam vero sequantur affectu. tales fuerunt apud veteres Catones . . . arte tragica carmina aut legunt semper aut faciunt**

437 ingenus **G** -iis **L**^{2}**M** ingeminus **L** -os **V** | aque *Markland 76a, Bent., sed Manilius nusquam alibi huic praepositioni* -que *adiungit* || **438** adnumeres **V**, *Reinesius 23* -os **GM** ad numerosa **L** | illa **G** ulla **LMV** || **440** elatus (*Scal.*^{1}) et ante *Hous.*^{5} delatus et ille **O** || **441** nunc **L** hunc **M** huc **G** || **444** *ante* **443** *Hous.*^{5} | quae delphina *Hous.*^{5} delphinamque **LM** -inumque **G** -inque **V** | suo . . . imitantia motu *Scal.*^{1} suos . . . natantia (-anta **M**) motus **O** || **443** molliter ut **GM** tollitur ut **L** mollitur **V** || **445** in aere **G** aere **L** inacre **M** || **447** apta **b** acta **O**^{v} || **448** uolantia **b** uocantia **O** || **450** in lusum **LM** illusum **G** | seuerae **GLV** seuerare **M** || **451** is *Hous.*^{00}: *om.* **O**^{v} | mentis **M** -es **GL** || **452** reuoluent **G** -et **LM** || **454** *post* **457** *Hous.*^{00} || **455** componet *Scal.*^{1} -ent **O** | teneros **GLV** (*hic* etiam teneros) reueros **M** || **456** dominus praetextae **M** -is -ta **GLV** || **457** agat **LM** -it **G** || **454** tutorisue **GL**^{2} tot- **LM** (-que **M**) || **458** tragico **b** -ca **O** || **459** cartis **GL** carthis **M** | cruentus **G**^{2}**L**^{2} -is **GLMV** || **460** hae *Hous.*^{5} haec **GLMV** et **L**^{2} || **461** vivi bustum *Bent.* atri (auri **M**) luxum **O** Atrei rixam (... sepultam) *Hous.*^{00} vix una trium (... sepulchra) *Hous.*^{5} | sepulchri **GL**^{2} -ra **LM**

ructantemque patrem natos solemque reversum
et caecum sine nube diem, Thebana iuvabit
dicere bella uteri mixtumque in fratre parentem,
465 quin et Medeae natos fratremque patremque,
hinc vestes flammas illinc pro munere missas
aeriamque fugam natosque ex ignibus annos.
mille alias rerum species in carmina ducent;
forsitan ipse etiam Cepheus referetur in actus.
470 et, siquis studio scribendi mitior ibit,
comica componet laetis spectacula ludis,
ardentis iuvenes raptasque in amore puellas
elusosque senes agilisque per omnia servos,
quis in cuncta suam produxit saecula vitam
475 doctior urbe sua linguae sub flore Menander,
qui vitae ostendit vitam chartisque sacravit.
et, si tanta operum vires commenta negarint,
externis tamen aptus erit, nunc voce poetis
nunc tacito gestu referensque affectibus ora,
480a/482b et sua dicendo faciet, | scaenisque togatos
482a/480b aut magnos heroas aget, | solusque per omnis
481 ibit personas et turbam reddet in uno;
483 omnis fortunae vultum per membra reducet,
aequabitque choros gestu cogetque videre
485 praesentem Troiam Priamumque ante ora cadentem.
Nunc Aquilae sidus referam, quae parte sinistra

486–503 *Firm. 8, 16, 1* in Aquarii parte xii oritur Aquila. (*nativi*) ex caede hominum et ex spoliis habebunt vitae subsidia. capient etiam feras pariter et domabunt. erunt praeterea fortes militares, quorum virtute atque praesidio bellorum metuendi impetus sopiantur. erunt sane tanta virtute, ut nudo praediti pectore hostes sequantur, ut ad laudem suam proficere credant, si mortem secura animositate contempserint. . . . liberabunt patriam, condent etiam alias civitates, et devictis vel subiugatis gentibus triumphabunt. . . . faciet praepositos, tribunos, ministros imperatorum vel satellites regum, et quibus cura imperii vel armorum custodia credatur

462 ructantem . . . natos **LM** luctantem . . . nato **G** || **463** nube *Ellis 196* sole **O** luce *Markland 156a, Bent.* || **465** quin et *Bent.* medeae **b** queretune deae **LM** quaerere tunc dee **G**: *om.* **V** | natos **GL** notos **M** || **466** pro **GL**[2] per **LMV** | munere **GL** -ae **M** -a **V** || **467** natos *Jacob* nectos **GL** notos **M** || **468** alias **b** -ae **O** || **469** cefeus **M** cestus **L** gestus **GL**[2] | actus *Scal.*[1] -is **O** || **471** componet **GL**[2] -it **LM** || **475** doctior **LM** doctor **G** | urbe **GV** orbe **LM** || **476** vitae *Scal.*[1] -ta **O** | chartis *Scal.*[2] charus **M** carus **GL** caros **V** || **478** externis **a** hesternis **O** | aptus **b** actus **O**[v] || **479** *om.* **V** | tacito **M**, *Carrio II 18* tanto **GL** -um **G**[2] | referens *Hous.*[5] -et **GL**[2]**M** refert **L** || **480** *divellit Hous.*[5] *eique medio inseruit* **482** *hemistichiis inversis* || **482b** togatos *Jacob* -us **O**[v] || **482a** magnos heroas **L**[2] magnus heruas **GLM** || **481** reddet **GL**[2] -it **LM** || **484** aequabitque **GL**[2] -it **LM** || **486** referam quae **GL**[2] referamque **M**

rorantis iuvenis, quem terris sustulit ipsa,
fertur et extentis praedam circumvolat alis.
fulmina missa refert et caelo militat ales
490 bis sextamque notat partem fluvialis Aquari.
illius in terris orientis tempore natus
ad spolia et partas surget vel caede rapinas
494 nec pacem bello, civem discernet ab hoste,
493 cumque hominum derit strages, dabit ille ferarum.
495 ipse sibi lex est, et qua fert cumque voluntas
praecipitant vires; laus est contemnere cuncta.
et, si forte bonis accesserit impetus ausis,
improbitas fiet virtus, et condere bella
et magnis patriam poterit ditare triumphis.
500 et, quia non tractat volucris sed suggerit arma
immissosque refert ignes et fulmina reddit,
regis erit magnive ducis per bella minister
ingentisque suis praestabit viribus usus.
At, cum Cassiope bis denis partibus actis
505 aequorei iuvenis dextra de parte resurgit,
artifices auri faciet, qui mille figuris
vertere opus possint caraeque acquirere dotem
materiae et lapidum vivos miscere colores.
509 hinc Augusta nitent sacratis munera templis,
511 aurea Phoebeis certantia lumina flammis
gemmarumque umbra radiantes lucibus ignes.
513 hinc Pompeia manent veteris monumenta triumphi
510 et Mithridateos vultus induta tropaea,
515 non exstincta die semperque recentia flammis.
hinc lenocinium formae cultusque repertus

504–521 *Firm. 8, 16, 3* in Aquarii parte xx oritur Cassiepia. (*nativi*) erunt aurifices, bracteatores, inauratores, emplastratores, margaritarii, has omnes artes ingeniosa conversatione tractantes. ex his artibus maxima vitae subsidia habebunt

487 rorantis **L**^{2} rotantis **LM** portantis **G** potantis **V** | quem **LM** quae **G** || **488** extentis *Bonon.* externis **O** || **489** ales **b** alis **O** || **492** partas **M** -tes **GL** || **493** *post* **494** *Postgate 53* || **494** pacem *Hous.*^{5} pacem a **G** pace ac **LM** | discernet **G** -it **LM** || **493** derit *Postgate 53* dederit **GL** -unt **M** deerint *Quat.*, *Barth 324* || **496** contemnere **v** contenere **M** contendere **GLV** || **498** condere **GL**^{2}**M** contendere **L** tendere **V** || **499** poterit **b** -unt **O**^{v} (patriam poterit magnis **f**) | ditare *Hous.*^{5} ornare **O** decorare *Bent.* || **502** minister **b** magister **O**^{v} || **503** uiribus **GL** urbibus **M** || **505** equorei **L** aequore **M** equoreae **GL**^{2} || **507** possint **GL** -unt **M** | carae *Scal.*^{1} carni **O** || **510** *post* **513** *Scal.*^{1} || **512** umbra *Hous.*^{5} ub **M** uili **GL**: *om.* **V** iubar *Bent.* || **513** triumphi **G** -is **LM** || **514** *post* **542** *Jacob*^{36} *14: del. Bent.* || **515** die *Thomas*^{2} *25* lues **O** | nitentia *Gain*^{1} *66* | *versum del. Bent.*, *ante 1, 890 Kraemer 55*

corporis atque auro quaesita est gratia frontis
perque caput ducti lapides per colla manusque
et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.
520 quid potius matrona velit tractare creatos
quam factum revocare suos quod possit ad usus?
ac, ne materies tali sub munere desit,
quaerere sub terris aurum furtoque latentem
naturam eruere ⟨omnem⟩ orbemque invertere praedae
525 imperat et glaebas inter deprendere gazam
invitamque novo tandem producere caelo.
ille etiam fulvas avidus numerabit harenas
perfundetque novo stillantia litora ponto
parvaque ramentis faciet momenta minutis
530 Pactolive leget census spumantis in aurum;
533 aut coquet argenti glaebas venamque latentem
eruet et silicem rivo saliente liquabit;
535 aut facti mercator erit per utrumque metalli,
alterum et alterius semper mutabit ad usus.
talia Cassiope nascentum pectora finget.
  Andromedae sequitur sidus, quae Piscibus ortis
bis sex in partes caelo venit aurea dextro.
540 hanc quondam poenae dirorum culpa parentum
prodidit, infestus totis cum finibus omnis
incubuit pontus, fluitavit naufraga tellus,
514 et quod erat regnum pelagus fuit. una malorum
543 proposita est merces, vesano dedere ponto
Andromedan, teneros ut belua manderet artus.

522–536 *Firm. 8, 17, 8* quicumque hoc sidere (*Lychno*) nati fuerint, erunt metallorum inventores, qui latentes auri et argenti venas et ceterarum specierum sollertibus inquisitionibus persequantur. erunt etiam monetarii || **538–539** *Firm. 8, 17, 1* in Piscium parte xii oritur Andromeda . . .

524 omnem *Scal.*[1]: *om.* **O** || **525** gazam **b** -as **O** || **527** numerabit **GL**[2] -uit **LM** || **528** perfundet **b** -it **L**[2]**M** perfunto **L** -functo **GV** || **530** Pactoli *Breiter*[2] *861* protulit **O**[v] | -ve *Hous.*[4] *ad 668* ut **O** | leget *Huet* legeret **O** || **531–532** *ante* **399** *Hous.*[00] || **533** aut *Breiter* (*Pingraeo perperam attribuens*) ad **M** et **GL** || **534** riuo saliente **L**[2] riuos (-uo **L**) alienate **GLM** | liquabit **GL**[2] -uit **LM** || **535** aut **M** at **G** et **L** || **536** alterum **LM** altum ni **G** || *post* **537** *fort. inserendum 2, 232* (finget / parsque mari nascens fundentis semper Aquari) *putabat Hous.*[2] || **538** andromedae **GM** andromachae **L** || **539** sex] vi **L** (*cf. ad 4, 446*) || **542** fluitavit *Hous.*[5] timuit **O** | naufraga (*prius inserto* cum) *Scal.*[1] naufragia **O** nauifraga *I. Voss ap. Jacob*[36] *14* || **514** *huc reduxit Jacob*[36] *14* || **544** ut **M** uel **GL** *hoc et cetera om.* **V** | belua **b** bella **O** | manderet artus **b** maneretatus **M** mane retatus **L** manere tanis **G**

545 hic hymenaeus erat, solataque publica damna
privatis lacrimans ornatur victima poenae
induiturque sinus non haec ad vota paratos,
virginis et vivae rapitur sine funere funus.
at, simul infesti ventum est ad litora ponti,
550 mollia per duras panduntur bracchia cautes;
astrinxere pedes scopulis, iniectaque vincla,
et cruce virginea moritura puella pependit.
servatur tamen in poena vultusque pudorque;
supplicia ipsa decent; nivea cervice reclinis
555 molliter ipsa suae custos est visa figurae.
defluxere sinus umeris fugitque lacertos
vestis et effusi scapulis haesere capilli.
te circum alcyones pinnis planxere volantes
fleveruntque tuos miserando carmine casus
560 et tibi contextas umbram fecere per alas.
ad tua sustinuit fluctus spectacula pontus
assuetasque sibi desît perfundere rupes,
extulit et liquido Nereis ab aequore vultus
et, casus miserata tuos, roravit et undas.
565 ipsa levi flatu refovens pendentia membra
aura per extremas resonavit flebile rupes.
tandem Gorgonei victorem Persea monstri
felix illa dies redeuntem ad litora duxit.
isque, ubi pendentem vidit de rupe puellam,
570 deriguit, facie quem non stupefecerat hostis,
vixque manu spolium tenuit, victorque Medusae
victus in Andromeda est. iam cautibus invidet ipsis
felicisque vocat, teneant quae membra, catenas;
et, postquam poenae causam cognovit ab ipsa,
575 destinat in thalamos per bellum vadere ponti,
altera si Gorgo veniat, non territus illa.
concitat aerios cursus flentisque parentes

545 himeneus **G** chimenaeus **LM** | solataque *Bent.* solaque **G** solaque in **LM** || **546** priuatis **M** primatis **LV** pro natis **GL²** | uictima **GL²** uicti **LM**: *om.* **V** | poenae *Bent.* -na **GL²M** -nam **L**: *om.* **V** || **547** induitur **GL** inductus **M** || **549** at **b** ac **GLV** ae **M** || **555** visa *Ellis 203* ipsa **O** || **558** te *Scal.*[1] ter **O** || **559** fleuerunt **L²M** -re **GL** || **560** et **b** nec **O** || **561** ad **b** at **O** et **V** || **562** desit **dx** -iit **O**, *scriptione plena, puto, usus, ne verbum deesse intellegeres* | rupes **M** ripes **L** ripas **GL²** || **563** liquido **LM** -um **GL²** | uultus **G** -tu **LM** -tum **L²** || **565** leui **GL²** -is **LMV** || **566** resonabat *Barth 375* || **569** isque **GM** usque **L** || **570** *dist. Bent.* | quem *Ald.* quam **O**ᵛ || **571** manu spolium **G** manus polium **M** manus pelium **L** || **572** andromeda est **M** -meden **GL²V** -machem **L** || **575** festinat thalamos **V** || **576** territus **GL** intritus **M** | illa *Hous.*[5] ira **O**ᵛ ire **b**

promissu vitae recreat pactusque maritam
ad litus remeat. gravidus iam surgere pontus
580 coeperat ac longo fugiebant agmine fluctus
impellentis onus monstri. caput eminet undas
scindentis pelagusque vomit, circumsonat aequor
dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore;
hinc vasti surgunt immensis torquibus orbes
585 tergaque consumunt pelagus. sonat undique Phorcys
atque ipsi metuunt montes scopulique ruentem.
infelix virgo, quamvis sub vindice tanto
quae tua tunc fuerat facies! quam fugit in auras
spiritus! ut toto caruerunt sanguine membra,
590 cum tua fata cavis e rupibus ipsa videres
adnantemque tibi poenam pelagusque ferentem
quantula praeda maris! quassis hic subvolat alis
Perseus et semet caelo iaculatur in hostem
Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.
595 illa subit contra versamque a gurgite frontem
erigit et tortis innitens orbibus alte
emicat ac toto sublimis corpore fertur.
sed, quantum illa subit, semper, iaculata profundo,
in tantum revolat laxumque per aethera ludit
600 Perseus et ceti subeuntis verberat ora.
nec cedit tamen illa viro, sed saevit in auras
morsibus, et vani crepitant sine vulnere dentes;
efflat et in caelum pelagus mergitque volantem
sanguineis undis pontumque exstillat in astra.
605 spectabat pugnam pugnandi causa puella,
iamque oblita sui metuit pro vindice tali
suspirans animoque magis quam corpore pendet.
tandem confossis subsedit belua membris

578 promissu **b** -um **O** | maritam **L**^{2}, *Schrader teste Kleingünthero*^{2} *4 n.* -um **GLM** || **579** iam **M** nam **GLV** || **580** ac *Müller 503* aut **O**^{v} et **b** || **581** undas **b** -is **O**^{v} || **582** vomit *Bent.* mouit **M** -et **GL** || **583** nauigat ore **GL**^{2} nauigatorem **LM**: *om.* **V** || **584** uasti surgunt **u** uastisurguent **M** uastis urg(u)ent **GLV** uasti turgent **b** || **585** Phorcys *I. Voss ad 31, 3 (p. 77)* fortus **M** fortis **GLV** || **588** quam *Bent.* qua **G** quas **LM** quae **L**^{2} quis **V** | auras **b** -ra **G** -ro **LMV** || **592** quassis *Bent.* quantis **GL**^{2}**MV** quantulis **L** | alis **LMV** undis **G** || **593** semet caelo *Hous.*^{5} caelo pendens **O** || **594** defigens **GM** -fing- **L** || **595** versam *Bent.* -sa **O** | a gurgite **M** a surgit a **L** assurgit a **G** | frontem **b** ffonte **M** fonte **GL** || **596** tortis **M** fortis **G** sortis **L**: *om.* **V** | alte **b** -is **O** || **598** *dist. Hous.*^{5} | semet iaculata *Gron.*^{2} *II 11* seque eiaculata profundo est (*sed* est *abesse potest*) *Bent.* || **599** -que per **L**^{2}**M** per **L** per et **G** || **602** uani **GL**^{2} ciani **L** naui **M** || **603** efflat **GL**^{2} et flat **LM** (ecfl- *Hous.*^{5}) adflat **V** || **604** exstillat **M** extollit **GL**

plena maris summasque iterum remeavit ad undas
610 et magnum vasto contexit corpore pontum,
tum quoque terribilis nec virginis ore videnda.
perfundit liquido Perseus in marmore corpus
victor, et ex undis ad cautes pervolat altas
solvitque haerentem vinclis de rupe puellam
615 desponsam pugna, nupturam dote mariti.
hic dedit Andromedae caelum stellisque sacravit
mercedem tanti belli, quo concidit ipsa
Gorgone non levius monstrum pelagusque levavit.
Quisquis in Andromedae surgentis tempora ponto
620 nascitur, immitis veniet poenaeque minister
carceris et duri custos, quo stante superbe
prostratae iaceant miserorum in limine matres
pernoctesque patres cupiant extrema suorum
oscula et in proprias animam transferre medullas.
625 carnificisque venit mortem vendentis imago
accensosque rogos, cui stricta saepe securi
supplicium vectigal erit, qui denique posset
pendentem e scopulis ipsam spectare puellam,
vinctorum dominus sociusque in parte catenae
630 interdum, poenis ut noxia corpora servet.
Piscibus exortis cum pars vicesima prima
signabit terrae limen, fulgebit et orbi,
aerius nascetur Equus caeloque volabit,
velocisque dabit sub tali tempore partus

619–630 *Firm. 8, 17, 1* (*Andromeda oriente natus*) contra homines crudeli semper feritate grassabitur. erit autem aut poenarum publicarum minister, aut carceris custodia, aut carnifex cui occidendorum hominum officia credantur || **631–644** *Firm. 8, 17, 3* in Piscium parte xx (xxi *Skutsch*) oritur Equus. (*nativi*) erunt praepositi cursorii, aurigae, agitatores, equites, veredarii, speculatores, nonnumquam medici sed qui herbis medelas hominibus pecoribusque componant

609 remeauit **V** regnauit **LM** renauit **GL^2** || **611** tunc **GL** tuunc **M** || **612** perfundit **LM** -fudit **GL^2** || **613** victor *Watt* maior **O** | provolat *Bent.* | altas **M** -to **GL** || **614** puellam **GL^2** -la **LM** || **615** pugna **O** magna *Hous.*^{00} (*virgula post* desponsam *posita*) || **616** andromedae **GL^{2}M** -mache **L** | stellis **y** -as **O** || **617** quo **LM** quod **G** | concidit **M**, *Barth 376* condidit **GL** || **618** leuius **GL^2** leuis **L** lentus **M** || **619–630** *ex Ciceronis 2 Verr. 5, 118–120 ductum esse perspexit Breiter^2 863* || **620** minister **M** magister **GLV** || **621** custos **GL^2** tustus **LM** | superbe **MV** -ae **GL** -o *Dulcinius* || **622** limine **G** lum- **LM** || **623** pernoctes **GL** -tent **M** || **625** vendentis *Bent.* uind- **LM** uinc- **GL^2** || **626** cui *Thomas^2 26* et **O** | securi **b** -re **O** || **627** posset **GL** -se **M** -sit **L^2** || **628** e **G** et **LM** || **630** *dist. Hous.*^{00} | ut noxia *Hous.*^{00} innoxia **GL^2** noxia **LM** | seruet **M** -at **GL** || **631** primum *tempt. Bechert, sed erat Firmicus emendandus* || **632** signabit *Bent.* -uit **M** signauto **L** -nato **GL^2** | limen **LM** lum- **GL^2** || **633** equus **GL** ecus **M**

635 omne per officium vigilantia membra ferentis.
hic glomerabit equo gyros dorsoque superbus
ardua bella geret rector cum milite mixtus;
hic stadium fraudare fide poteritque videri
mentitus passus et campum tollere cursu.
640 nam quis ab extremo citius revolaverit orbe
nuntius extremumve levis penetraverit orbem?
vilibus ille etiam sanabit vulnera sucis
quadrupedum, et medicas herbas in membra ferarum
noverit, humanos et quae nascentur ad usus.
645 Nixa genu species et Graio nomine dicta
Engonasin, cui nulla fides sub origine constat,
dextra per extremos attollit lumina Pisces.
hinc fuga nascentum, dolus insidiaeque creantur,
grassatorque venit media metuendus in urbe.
650 et, si forte aliquas animus consurget in artes,
in praerupta dabit studium, vendetque periclo
ingenium, ac tenuis ausus sine limite gressus
certa per extentos ponet vestigia funes
et caeli meditatus iter vestigia perdet
655 paene sua et pendens populum suspendet ab ipso.
Laeva sub extremis consurgunt sidera Ceti
Piscibus Andromedan ponto caeloque sequentis.

645–655 *Firm. 8, 17, 4* in extremis partibus Piscium oritur Ingeniculus, qui a Graecis Engonasin dicitur. (*nativi*) erunt fugaces, callidi, variis instructi dolis, mendaces qui homines variis insidiis appetant, et qui effrenata semper animositate grassentur. ... erunt funambuli, calobatae (*Skutsch*: olib- *codd.*), neurobatae || **656–692** *Firm. 8, 17, 5* in extremis partibus Piscium in laeva parte consurgit... Cetus. (*nativi*) erunt piscatores, sed magnorum piscium. hi enim phocas, canes marinos, xiphias, thynnos, corcodillos capient. habebunt etiam officia quae ex salibus sunt vel ex salsamentis et a liquamine, et haec mercabuntur

635 omne **b** come **GLM** rome **V** || **636** glomerabit **GL²** -uit **LM** | gyros **b** cyros **O**: *om.* **V** || **638** stadium **GLM** stud- **L²V** | fide *Bent.* -em **O** | uideri **M** -re **GL** || **639** cursu **GV** -um **LM** || **640** nam quis *Hous.*⁰⁰ quamuis **GLV** quauis **M** || **641** -ue leuis **V**, *Jacob* uel lebis **LM** uel bis **GL²** || **643** herbas *Bent.* artes **O** || **644** humanos et **b** humano sed **O**ᵛ | quae **GL²** qui **L** qualis **M** || **646** Engonasin *Barth 376* en gonasi *Reg.* et gonas iu **M** et comas in **L** et comes in **GL²** | cui nulla fides *Thomas 12* guicula (gui eu- **M** -cola **G**) uides **O** || **648** creantur **GL²** -atur **LM** || **649** media ... urbe **b²d** mediam ... urbem (**GL²** orb- **LM**) **O** || **650** consurget **b** -it **L²M** et surgit **L** exsurgit **GV** | animis exsurget *Bent.* || **651** uendet **V** uindet **LM** uincet **GL²** || **653** extentos **p** extinctos **O** | ponet **b** -it **O** | funes **GLV** fin- **M** || **654** iter **GL²** inter **LM** || **655** paene sua *Bent.* et peneua **O** paene nova *Hous.*⁵ saepe nova *Alton* aethere vel *Hous.*⁰⁰ | populum **c** porulum **O** | suspendet **L²M** -it **GL** | ipso **b** ipsa **O** (et perna pendens ... ipsa *I. Voss 202*) || **656** extremis *Reg.* -mi **O**ᵛ | caeti **GL** ceci **M**

hoc trahit in pelagi caedes et vulnera natos
squamigeri gregis, extentis laqueare profundum
660 retibus et pontum vinclis artare furentis;
et velut in laxo securas aequore phocas
carceribus claudent raris et compede nectent
incautosque trahent macularum nemine thynnos.
nec cepisse sat est: luctantur corpora nodis
665 exceptantque novas acies ferroque necantur,
inficiturque suo permixtus sanguine pontus.
tum quoque, cum toto iacuerunt litore praedae,
altera fit caedis caedes: scinduntur in artus,
corpore et ex uno varius discribitur usus.
670 illa datis melior, sucis pars illa retentis.
hinc sanies pretiosa fluit floremque cruoris
evomit ex mixto gustum sale temperat oris;
illa putris turbae strages confunditur omnis
permiscetque suas alterna in damna figuras
675 communemque cibis usum sucumque ministrat.
aut, cum caeruleo stetit ipsa simillima ponto
squamigerum nubes turbaque immobilis haeret,
excipitur vasta circum vallata sagena
ingentisque lacus et Bacchi dolia complet
680 umorisque vomit socias per mutua dotes
et fluit in liquidam tabem resoluta medullas.
quin etiam magnas poterunt celebrare salinas
et pontum coquere et ponti secernere virus,
cum solidum certo distendunt margine campum
685 appelluntque suo deductum ex aequore fluctum
claudendoque negant abitum: sic suscipit undas
area et epoto per solem umore nitescit.

658 natos **d** notos **O** || 660 artare *Scal.*^{2} *in notis* armare **O** | furentes *Hous.*^{00} -em **O**^{v} || 662 nectent **GV** -ant **LM** || 663 trahent **GL**^{2} -ant **LM** | macularum **GL**^{2} meularum **LM** | nemine (*a vocabulo quod est* nemen) *Hous.*^{5} nom- **LM** num- **GL**^{2} lum- *Bent.* || 665 exceptant *Bailey*^{2} *168* expectant **O** || 666 pontus **GL**^{2} potus **LM** || 667 tum quoque *Bent.* totum quoque **M** totum **GL** || 668 fit **G** sit **L**^{2} sic **M**: *om.* **L** || 669 corpore **b**^{2}(*?*)**c** -ra **O** | discribitur **M** de- **GL** || 670 retentis **G** recentis **LMV** || 671 florem **L**^{2}**M** -um **GLV** (*qui et* cruores) || 672 mixto **LM** guxto **G** || 673 turbae strages *Reinesius 24* turba est rages **M** turbat strages **GL**^{2} turbatae st rages **L** || 677 turba *Bent.* -ae **O** || 678 sagena **GL**^{2} -ina **LM** || 680 umoris **L**^{2}**M** ut moris **GL** | vomit *Bent.* (-et *Scal.*^{1}) uolet **O** | socias . . . dotes *Bent.* -ia (**L**^{2}**M** saucia **GL**) . . . -te **O** || 681 liquidam tabem *Bent.* -as . . . -es **O** || 683 coquere et **G** quoqueret **LM** | virus *Scal.*^{2} uires **O** || 684 distendunt **L**^{2} -ant **GL** discyndant **M** || 685 adpellunt *Scal.*^{1} ad bellum **O**^{v} | deductum **GL** di- **M** | ex **GL**^{2} et **LM** || 686 abitum *Barth 378* sic *Hous.*^{5} (a. tum *Barth* a. dein *Hous.*^{00}): tum demum **O** || 687 area **b** aepa **O** (-$\overset{i}{p}$- **GL**) | epoto *Rossberg*^{1} (poto *Barth 378*) ponto **O**^{v}

congeritur siccum pelagus mensisque profundi
canities detonsa maris, spumaeque rigentis
690 ingentis faciunt tumulos, pelagique venenum,
quo perit usus aquae suco corruptus amaro,
vitali sale permutant redduntque salubre.
At, revoluta polo cum primis vultibus Arctos
ad sua perpetuos revocat vestigia passus
695 numquam tincta vadis sed semper flexilis orbe,
[aut Cynosura minor cum prima luce resurgit
et pariter vastusve Leo vel Scorpius acer
nocte sub extrema promittunt iura diei]
non inimica ferae tali sub tempore natis
700 ora ferent, placidasque regent commercia gentes.
ille manu vastos poterit frenare leones
et palpare lupos, pantheris ludere captis,
nec fugiet validas cognati sideris ursas
inque artes hominum perversaque munera ducet;
705 ille elephanta premet dorso stimulisque movebit
turpiter in tanto cedentem pondere punctis;
ille tigrim rabie solvet pacique domabit,
quaeque alia infestant furiis animalia terras
iunget amicitia secum, catulosque sagacis

* * * * *

693–709 *Firm. 8, 17, 6* oriente Septentrione qui ... in ipso mundi vertice collocatus axem mundi perpetua celeritate contorsit: (*nativi*) erunt mansuetarii ferarum, id est qui ursos vel tauros vel leones deposita feritate humanis conversationibus socient || *post* **709** *Firm. 8, 17, 7* extremus est Anguis, qui inter duas Arctos positus in modum fluminis sinuosis flexibus labitur. (*nativi*) erunt Marsi vel qui venenis ex (et *Ziegler*) herbarum pigmentis salutaria soleant remedia comparare | *quae Lychni sideri apotelesmata tum tribuit Firmicus 8, 17, 8, ea scilicet a Cassiope Maniliana (522–536) transtulit*

689 detonsa *Hous.*[00] sed nota (uota **M**) **O**[v] seposta *Bent.* | rigentis **GL** -es **MV** || **690** tumulos **GL** tumultos **M** cumulos *Scal.*[1] | uenenum **GL**[2] uenerunt **LM**: *om.* **V** || **691** quo perit *Bent.* quod erit **LM** quodque erit **GL**[2] erit **V** || **692** salubre *Bent.* -em **O** || **693** at **GL**[2] ad **LM** || **694** perpetuos **GL**[2] -as **LM** || **695** sed **GM** si **L** | orbe **b** -em **O** || **696–698** (*'quos non legit Firmicus'*) *del. Scal.*[2] || **699** ferae *Scal.*[1] fere **O** || **700** ora **L**[2] hora **GLM** | commertia **GL** commergia **M** || **704** ducet **GL**[2] -ce **LM** || **705** dorso stimulis **GL**[2] dorsos timulis (tum- **L**) **LM** || **706** punctis *Barth 378* cunctis **O** || **707** domabit **L**[2]**M** donabit **GL** || **708** furiis *Hous.*[00] siluis **O** (silvas ... terris *dubitanter Hous.*[5]) || **709** amicitia **G** -as **LM** | catulos sagacis *'educet ad venandum' vel quid simile | hic lacunam agnovit Scal.*[1]*: Firmicus plura videtur legisse, et Manilium satis constat de hominibus sub Dracone natis tractasse*

30 has stellis proprias vires et tempora rerum
31 constituit magni quondam fabricator Olympi.

* * * * *

710 tertia Pleiadas dotavit forma sorores
femineum rubro vultum suffusa pyropo,
invenitque parem sub te, Cynosura, colorem,
et quos Delphinus iaculatur quattuor ignes
Deltotonque tribus facibus, similique nitentem
715 luce Aquilam et flexos per lubrica terga dracones.
tum quartum sextumque genus discernitur omni
e numero, summamque gradus qui iungit utramque.
maxima pars numero censu concluditur imo,
quae neque per cunctas noctes neque tempore in omni
720 resplendet vasto caeli summota profundo,
sed, cum clara suos avertit Delia cursus
cumque vagae stellae terris sua lumina condunt,
mersit et ardentis Orion aureus ignes
signaque transgressus permutat tempora Phoebus,
725 effulget tenebris et nocte accenditur atra.
tum conferta licet caeli fulgentia templa
727 cernere seminibus ⟨minimis⟩ totumque micare
729 stipatum stellis mundum nec cedere summa
730 floribus aut siccae curvum per litus harenae,
sed, quot eant semper nascentes aequore fluctus,
quot delapsa cadant foliorum milia silvis,
amplius hoc ignes numero volitare per orbem.

versus **30–31** *post* **709** *collocavit Scal.*[1], *ita tamen ut paranatellonta clauderent: eodem, sed praeposita lacuna, ubi poeta de planetis disseruisset, Goold*[1] *370; capita praefationis vide 22 et 34: post 3, 155 Hous.*[5] || **30** has *Scal.*[1] (*cf. 2, 515*) ab **O**[v] nam *Hous.*[5] | *hinc olim continuo successit peroratio de stellarum fixarum magnitudinibus, quarum prima et secunda nunc desiderantur* || **711** rubro **M** rubo **GL** rubeo **V** || **712** inuenitque **L**[2]**M** inuenti **GL** || **713** delphinus **L**[2]**M** -os **GLV** || **715** flexos per lubrica **M** f. in l. **L**[2] l. f. in **GL** | dracones **M** leones **GLV** || **716** sextum *Hous.*[5] quintum **O** | omni *Dulcinius* -nem **GLM** -ne **L**[2] || **717** summam *Bent.*[3] -ma **O** | iungit *Hous.*[5] (disiungit *vel* distinguit *Bent.*[3]) utramque *Bent.*[3]: iungitur angue **O** || **718** pars *Bent.* per **O** | numero *Bent.* (-os **c**) minimos **O** || **720** resplendet (-ent *iam Fayus*) vasto *Bent.* respondent alto (-ta **L**) **O** || **722** vagae stellae *Bent.*[1] uaga est illa e **O** | sua lumina **L**[2] sulumina **M** sublimia **GLV** || **723** ignis **b** igni **O** || **724** permutat *Hous.*[00] mutat per **O** || **727** seminibus **GL** sim- **M** | minimis *Hous.*[5] *om.* **O** *per homoearchon* || **728** spiritus (*om.* **G**) aut solidis desint (-it **L**[2]) sitque (sint- **G** sic- **M**) haec discordia concors *ex 1, 141 sq. confictum om. Reg., del. Scal.*[1] || **729** stipatum *Bent.*[1] spatium **O** (spac- **LM**) || **731–732** quot . . . quot **b** quod . . . quod **O** || **732** delapsa *Bonon.* (*cf. Verg. Aen. 6, 310*) delibia **M** deliba **GL**

utque per ingentis populus discribitur urbes,
735 principiumque patres retinent et proximum equester
ordo locum, populumque equiti populoque subire
vulgus iners videas et iam sine nomine turbam,
sic etiam magno quaedam res publica mundo est
quam natura facit, quae caelo condidit urbem.
740 sunt stellae procerum similes, sunt proxima primis
sidera, suntque gradus atque omnia iusta priorum:
maximus est populus summo qui culmine fertur;
cui si pro numero vires natura dedisset,
ipse suas aether flammas sufferre nequiret,
745 totus et accenso mundus flagraret Olympo.

734 -que **GL**: *om.* **M** | discribitur **M** de- **GL** | urbes *Bent.* (-em **b**) orbes (-is **V**) **O** || **736** equiti *Reg.* -um **O**[v] || **737** et iam *Bent.* etiam **O** || **738** respublica *Bent.*[3] respondere **LM** res pendere **G** | est *om.* **GL** || **739** urbem *Barth 379* orbem **O** || **741** iusta *Hous.*[5] uicta **O** iura *Bent.* | priorum **M**[2] -em **GLM** || **745** flagraret **L** fragl- **M** fragr- **G**

APPARATVS ORTHOGRAPHICVS

Textum Manilii supra imprimendum curavi secundum usitatam orthographiam imperii Romani, et ita ut unumquodque vocabulum eodem modo constanter exhibeatur, neque alio loco *decimus*, alio *decumus* invenias. sed in hac re quibus litteris ipse poeta aliquod vocabulum dederit saepe nescimus, neque testimonium omnino fidum offerunt codices. codicibus quidem diligenter recensis satis constat codicem Matritensem, praesertim accedente Lipsiensi, testem sincerum habendum esse, Gemblacensem vero multa de suo (etsi haud raro recte) intulisse; at multo ante archetypum exaratum videntur librarii verba tradita ita immutavisse ut orthographiae suae legibus obtemperarent; neque aliter explicari possunt qualia 4, 565 *adsperrima* et 4, 611 *inlyricum*: ibi poetam *asperrima* et *illyricum* dedisse quis negabit?

Housmannum ergo (ed.[5] 162sqq. = ed.[G5] 100sqq.) secutus orthographiae varietatem hic separatim, ubi aptissime cognosci atque comprehendi potest, colligere malui, potius quam in apparatu critico sescentis locis distributam circumspergere. at in primis, antequam procedam, me viro clarissimo gratiam debere immensam fatendum est, nam quamquam multum in hoc desudavi, infitias non iverim et multum laboribus eius mihi expeditum esse. verumtamen ab illo descisco, quod in vocabulis referendis omnia exempla enumero, ille non semper, velut cum *set* ex Lipsiensi 3, 569 (ubi *uincisset* scriptum) adducit, neque indicat alibi nonnisi *sed* inveniri, et hoc quidem centies duodevicies. variationes quales *ae/e/oe* vel *i/y* vel *ph/f* vel *h* addita subtractave et alia id genus medii aevi propria praetermittenti Housmanno libenter accedo (exempli causa ex Matritensi eligo 1, 100 *estiua*, 130 *nichilum*, 156 *nascencia*, 175 *foebus*, 193 *perhennet*). interdum levissima neglego, quo magis aliquid maioris momenti clarescat: itaque, inter *Bacchus* et *Bachus* distinguere quaerens, *Baccus* et (alioquin audacius) *Laechus* tamquam Bacchus rettuli.

Unum praecipue admoneo: codices Maniliani regulam quandam testificari videntur, qua radicum in *-i* desinentium substantiva nomina accusativum pluralis in *-es* faciunt, adiectiva vero et participia in *-is* (cf. Breiterum, ed. I praef. p. viii). sed valde incertum est num poeta hanc regulam diligentissime observaverit; et indiciis satis firmis adducimur ut substantiva quaedam in *-is* aliquando saltem terminata esse credamus.

Quo brevior et lucidior in hoc apparatu fiam, ad hanc consuetudinem plerumque refugi: orthographiam in textu adhibitam ubique praefixi; tum varietatem dedi parenthesi inclusam, et similiter in codicibus afferendis. ex hoc loco igitur '*uiridis* (*-es*): **MN(GL)** 1, 705' intellegendum est Matritensem Londiniensemque *uiridis* praebere, Gemblacensem Lipsiensemque vero *uirides*. praeterea litteram × numero suffixam scito '*-ies*' significare (h. e. 7 × = septies), suprascriptam[m] vero formam metro munitam, suprascriptam[c] vocabulum coniectura restitutum, obelum (†) denique vocabulum corruptum.

ad in compositis (servatur ante *d-*, *i-*, *m-*, *n-*, *u-*)
ad + *c-*: ubique *accedere* (10 ×), *accendere* (8 ×), *acceptaueris*, *accessus*, *accidere*, *accipere* (18 ×), *acclini*, *accliuis*/*-us* (2 ×), *accommodet*, *accumbet*
accumulare (*adc-*): **O** 4, 493 | **G(LM)** 3, 610
acquirere (*adqu-*): (**O**) 5, 507

ad + *f*-
affectus (*adf*-): **GL(M)** 1, 875; 4, 812 | **G(LM)** 2, 341. 476; 5, 479
affines (*adf*-): **G(LM)** 2, 671
affirmes (*adf*-): **G(LM)** 3, 182
affundere (*adf*-): **(O)** 4, 656
ad + *g*-
aggestos (*adg*-): **GLN(M)** 1, 426
aggredior (*adg*-): **GL(N)** 1, 4
ad + *p*-: ubique *apparat*, *apparere* (2 ×), *applicat*
appellant (*adp*-): **G(LM)** 3, 621
appellere (*adp*-): **G(LM)** 5, 48 | **(O)** 5, 685†
appositus (*adp*-): **O** 3, 260 | **GL(M)** 5, 149 | **G(LM)** 3, 110. 568. 577; 4, 467; 5, 348
ad + *s*- (servatur in *adsunt*): ubique *ascendere* (5 ×), *aspergere* (2 ×), *aspicere* (8 ×), *astare* (2 ×): notandum 4, 565 *adsperrima* **M**
ascribere (*adscr*-): **G** *asscr*- **(LM)** 3, 298
aspectat (*ads*-): **GM(L)** 4, 907
aspirantibus (*ads*-): **O** 5, 142 | **GM(L)** 5, 175
asserere (*ads*-): **GL(M)** 2, 922; 4, 746† | **G(LM)** 2, 815. 845; 3, 60. 519; 4, 135. 700. 786. 795
assiduus (*ads*-): **O** 1, 54. 184. 706 (sed *adc*- **N**) | **GL(M)** 4, 796
assuescere (*ads*-): **GL(MN)** 1, 344 | **G(LM)** 1, 273 **(N)**; 2, 506; 5, 562 | **(O)** 3, 104
assumpto (*ads*-): **GL**[2] **(LM)** 2, 394, ubi tamen *absumpto* legendum
astrinxere (*ads*-): **(O)** 5, 551
ad + *t*-: ubique *attigerat*, *attrahit*, *attritis*
attendere (*adt*-): **O** 4, 919 | **G(LM)** 2, 514; 4, 914
attollere (*adt*-): **O** 2, 102; 3, 459 | **GL(M)** 5, 647 | **G(LM)** 2, 202
attribuere (*adt*-): **O** 2, 702; 3, 72; 4, 100. 166. 289 | **GM(L)** 1, 109 **N**; 2, 210 | **G(LM)** 2, 716
ad (*at*), *aliud* (-*ut*), *at* (*ad*), *atque* (*adque*): vide *d* et *t*
ae/*e*/*oe*
caestus (-*e*-): **M(GL)** 5, 163
faenus (*fen*-) [*foen*-]: **GM(L)** 5, 273 | **G(M)[L]** 3, 473
glaeba (-*e*-): **M(GL)** 5, 525. 533 | **(O)** 5, 295
paene (-*e*-) [-*oe*-]: **G(M)[L]** 5, 347 | **(G)[LM]** 1, 130 | **(O)** 5, 655
scaena (-*e*-): **M(GL)** 5, 323 | **(O)** 5, 482
uesanus: **O** 5, 543
aerius (-*eus*): **GLMN** 2 × | **GLM** 5 × | **GLM(N)** 1, 201
aetherius (-*eus*): **O** 1, 12. 761; 2, 56; 5, 10 | **GLM(N)** 1, 149. 561 | **M(GL)** 1, 282. 802 | **(O)** 1, 774
arcessere (*accersere*): **O** 5, 376 | **LM(G)** 5, 56
Arcitenens: vide *qu* et *c*

b et *p*
delapsa (-*absa*): **(O?)** 5, 732 *delibia* **M**, *deliba* **GL**
nupturam (-*bt*-): **GL(M)** 5, 615
optare (-*bt*-): **O** 2, 587; 4, 7 | **GM(L)** 4, 486; 5, 151 | **L**[2] **(GLMV)** 4, 173; vide etiam *ob*
Bacchus (*Bach*-): **LM(G)** 2, 658 | **M** = *Baech*- **(GL)** 3, 153; 4, 204. 736; 5, 143. 227. 238. 333 | **(O)** 2, 17. 20; 5, 679
bracchia: (*brachia*) semper (8 ×)

c et *qu*: vide *qu* et *c*
Carthago (-*rta*-) [*K*-]: **O** 4, 778 | **LM(G)** 4, 658 | **M(GL)** 4, 40. 48. 599 **[L]** | **(GM)** **[L]** 1, 792
chartis (*ca*-): **M(GL)** 5, 459. 476 **(V)**

cl et *gl*
ecliptica (*-gl-*): **GL**[2] (**LM**) 4, 818. 848
claudere (*clud-*): **O** 18 × | **GL**(**M**) 4, 472. 476 | (**O**) 1, 365 | **G**(**LMN**) 1, 274
cn et *gn*
Cnosius (*Gn-*): (**O**) 1, 323; 4, 783
cycnus (*-gn-*): **M**(**GL**) 5, 381 | (**O**) 1, 337; 2, 31
con in compositis (servatur ante *c-*, *d-*, *f-*, *g-*, *i-*, *qu-*, *s-*, *t-*, *u-*)
con + *l-*: ubique *collato, collegia, colligere, collisa, collocat*
con + *m-*: ubique *comment-* (5 ×), *commercia* (11 ×), *commilitio, commixtus, commoda, commodat, commoditate*
committere (*conm-*): **O** 1, 915; 2, 170; 3, 121; 5, 359 | **GL**(**M**) 5, 411 | **GM**(**LN**) 1, 419
communis (*conm-*): **O** 1, 84. 379 (**N**); 2, 140. 206. 230. 242. 340. 415. 550. 706; 4, 103 | **GL**(**M**) 4, 702; 5, 66. 675
commutant (*conm-*): **GL**(**M**) 2, 639
con + *n-*
conexa (*conn-*): **GL**(**M**) 2, 180 | **LM**(**G**) 2, 388. 459 | **L**(**GM**) 2, 660 | (**O**) 3, 348
con + *p-*: ubique *compar, compede* (2 ×), *comperta, computet*
compago (*conp-*): **O** 1, 719. 727; 2, 803; 3, 357 | **GL**(**M**) 1, 840; 4, 828
compendia (*conp-*): **O** 3, 277; 4, 19. 175. 199 | **GL**(**M**) 4, 192. 305 | **G**(**LM**) 2, 928
complecti (*conp-*): **O** 1, 54; 2, 502. 628. 854 | **GL**(**M**) 1, 861; 3, 70; 4, 805 | **GM**(**LN**) 1, 150
complere (*conp-*): **O** 2, 237; 3, 607; 4, 540 | **GL**(**M**) 5, 679
componere (*conp-*): **O** 2, 38. 788. 817; 3, 30. 100. 214; 4, 53. 58. 172. 878; 5, 451. 455 | **GL**(**M**) 1, 578 (**N**); 3, 107. 137; 4, 341; 5, 286. 471
comprendere (*conp-*): **O** 1, 108. 832; 5, 233 | **GL**(**M**) 3, 104 | **GM**(**L**) 1, 348
compulsi (*conp-*): **G**(**LM**) 2, 878
con + *r-*: ubique *corripit* (3 ×), *corruptus*
correctis (*conr-*): 5, 203† (*contectis* **O**)
condicio (*-itio*): **M**(**GL**) 3, 130
coturnus **O** 5, 458

d et *t*
ad (*at*) praepositio **O** 123 × | (**GLM**) 5, 561, ubi coniunctionem intellexerunt, **V** enim *et* dedit | (**LM**) 4, 677, ubi *ac* **G** | etiam *atmissus* **M** 4, 598 et *atiungit* **L** 5, 242 corrupta
aliud (*aliut*): **O** 5 × | **G**(**LM**) 4, 710
at (*ad*) coniunctio **O** 25 × | **GL**(**M**) 1, 392. 495. 518; 2, 424; 3, 194. 593; 4, 330. 518; 5, 270. 311. 446 | **GM**(**L**) 3, 370 | **G**(**LM**) 2, 497. 511. 564. 929; 3, 323; 5, 197. 504. 693 | **M**(**GL**) 2, 287
atque (*adque*) coniunctio: **O** 118 × | **GM**(**L**) 2, 170; 3, 516; 5, 179 | **GL**(**M**) 2, 936; 3, 486; 4, 282. 915; 5, 15. 154. 229. 448. 517. 586
quod (*quot*) singulare: **LM**(**G**) 3, 427
quot (*quod*) plurale: **GL**(**M**) 3, 381 | **G**(**LM**) 1, 508 (**N**). 509 **N**; 2, 4; 3, 70. 275. 470. 564; 4, 375. 623. 741 | (**O**) 3, 290. 387. 418; 4, 793; 5, 731. 732 | (**GM**) 4, 69, ubi *quo* **LV**
quotcumque (*quod-*): **GL**(**M**) 3, 67 | **G**(**LM**) 4, 315
quotquot (*quodquod*): **G**(**LM**) 2, 683
quota (*quoda*): **O** 3, 485 | **G**(**LM**) 3, 240 | (**LM**) 5, 29, ubi *quod* **G** | 2, 740 *quod* **GLM**
sed (*set*): **O** 118 × | **GM**(**L**, qui *uincisset*) 3, 569
de in compositis ab *e-* incipientibus
derant (*deerant*): (**O**) 1, 888

derit (*deerit*): **M(GL)** 4, 434 | **(O)** 2, 328; 5, 493^{c} (*deder-*)
desset (*deesset*): **(O)** 3, 596
dest (*deest*): **(O)** 3, 557; 4, 272
derrat (*deerrat*): **(O)** 2, 709^{c} (*-des errat*)

de et *di*
derigere (*di-*): **LM(G)** 4, 601 | **(O)** 1, 269. 284. 563; 2, 171. 514 (**M**†); 4, 323
deriguit (*di-*): **LM(G)** 5, 570
discribere 'distribuere' (*de-*): **LM(GL^{2})** 4, 742 | **M(GL)** 5, 669. 734 | **(O)** 4, 587. 701

declinatio nominum Latinorum
II gen. sing. ex *-ius*, *-ium*: *-i*^{m} (*-ii*)
Aquari: **O** 5, 449 | **GM(L)** 2, 232 | **LM** 5, 490 (*-is* **G**) | **M(GL)** 2, 464. 505
negoti: **G(L)** 3, 92 (*nego* **M**)
Sagittari: **M(GLN)** 1, 691 | **(O)** 2, 211. 280 | **(GM)** 2, 560. 569 (*-atri* **L**, *-iferi* **L^{2}**)
dodecatemorii (Graecum vocabulum): 2, 740^{m}
III nom. sing.
honos: **O** 1, 328
III abl. sing. in *-i*
igni (*-e*) in fine versus: **O** 1, 832; 2, 56; 4, 498 | **MN(GL)** 1, 647 | **(O)** 2, 942
igni: 4, 384^{m}, contra *igne* 1, 870^{m}; 4, 30^{m}; 5, 208^{m}
parti: 3, 395^{cm}, contra *parte* 42 × (33 × ^{m})
puppi: 5, 36^{cm}
securi (*-e*) in fine versus: **(O)** 5, 626
III acc. plur. in *-es*/*-is*
substantivorum: *-es* (*-is*)
-es nulla varietate *arces* (4 ×), *axes*, *clades*, *clunes* (2 ×), *colles* (3 ×), *crines*, *dentes* (2 ×), *fasces* (2 ×), *fauces* (3 ×), *menses* (9 ×), *mentes* (3 ×), *natales*, *nubes* (2 ×), *pestes*, *pisces* (12 ×), *Quirites*, *rupes* (3 ×), *sedes* (9 ×), *trientes*, *urbes* (19 ×)
amnes (*-is*): **O** 5, 237 | **(O)** 5, 193
angues (*-is*) **O** 1, 92; 4, 664 | **(O)** 2, 44
artes (*-is*): **O** 23 × | **GL(M)** 5, 231. 279 | **(O)** 5, 650
aures (*-is*): **O** 2, 147. 477; 5, 327 | **GL(M)** 5, 336 | **(O)** 4, 575
fines (*-is*): **O** 11 × | **(O)** 2, 317
fontes (*-is*): **G(LM)** 4, 269 | **(O)** 2, 76
gentes (*-is*): **O** 11 × | **(O)** 4, 602. 799; 5, 700
hostes (*-is*): **G(LM)** 1, 920 | **(O)** 2, 557
ignes (*-is*): **O** 16 × | **GL(M)** 1, 210 (**N**). 866 | **G(LM)** 4, 500 | **L(GM)** 5, 38 | **(O)** 4, 683†; 5, 723†
iuuenes (*-is*): **G(LM)** 2, 662 | **(O)** 5, 472
luces (-is): **O** 14 × | **G(LM)** 4, 164 | **(O)** 3, 446
montes (*-is*): **O** 4 × | **GL(M)** 4, 753 | **G(LM)** 4, 28
mortes (*-is*): **O** 4, 186. 914 | **(O)** 2, 912
noctes (*-is*): **O** 9 × | **GMN(L)** 1, 498 | **G(LM)** 4, 254
orbes (*-is*): **O** 12 × | **(O)** 3, 342
parentes (*-is*): **O** 4, 77 | **(O)** 2, 12; 5, 577
partes (*-is*): **O** 48 × | **GL(M)** 3, 492; 5, 39 | **GM(L)** 4, 297 | **G(LM)** 1, 594 **N**. 707 (**N**); 2, 319. 344. 684; 4, 349. 353 | **L(GM)** 2, 268 | **(O)** 2, 77. 294. 347. 696. 742; 3, 163. 352; 4, 356. 378; 5, 102. 339
postes (*-is*): **(O)** 4, 180
sortes (*-is*): **O** 6 × | **(O)** 2, 283
Syrtes (*-is*): **(O)** 4, 600
tigres (*-is*): **(O)** 4, 235

uestes (*-is*): **O** 4, 132. 252 | **(O)** 5, 466
uires (*-is*): **O** 58 × | **(O)** 5, 279
adiectivorum: *-is* (*-es*): formas comparativas non hic adnumero *breuiores* (*-is*): **G(LM)** 4, 89 nec *priores* (*-is*): **(O)** 3, 431
-is nulla varietate *brumalis, caelestis, dulcis* (3 ×), *habilis, inaequalis, mendacis, mortalis* (2 ×), *potentis, rudis, sagacis, salubris, sollertis* (2 ×), *stabilis, sublimis, trucis, uelocis, uernalis*
aequalis (*-es*): **O** 2, 274 | **(O)** 4, 326
agilis (*-es*): **(O)** 1, 199; 5, 110†. 473
alacris (*-es*): **(O)** 5, 448
celeris (*-es*): **O** 3, 343; 4, 173. 785 | **(O)** 4, 242
ciuilis (*-es*): **LM(G)** 1, 906
discordis (*-es*): **(O)** 1, 429
duplicis (*-es*): **GL(M)** 2, 180
facilis (*-es*): **O** 4, 187 | **MN(GL)** 1, 649
felicis (*-es*): **(O)** 5, 573
fortis (*-es*): **LM(G)** 4, 721
gracilis (*-es*): **LM(G)** 4, 154
grauis (*-es*): **(O)** 1, 904
ingentis (*-es*): **O** 5, 503. 679. 734 | **M(GL)** 1, 440 **N.** 816 | **(O)** 4, 715; 5, 690
mollis (*-es*): **O** 2, 189; 4, 654; 5, 254 | **(O)** 4, 754
naualis (*-es*): **LM(G)** 4, 288
omnis (*-es*): **O** 11 × | **(O)** 3, 146. 161. 555
paris (*-es*): **O** 3, 248; 4, 433. 790 | **(M)** 4, 732 om. **GL** | **(O)** 3, 436
pluris (*-es*): **O** 4, 364. 386 | **(O)** 4, 378
regalis (*-es*): **O** 5, 360 | **GL(N)** 1, 41
similis (*-es*): **O** 4 × | **LM(G)** 4, 594 | **LN(G)** 1, 71 | **MN(GL)** 1, 450. 458 **(O)** 2, 516; 4, 137. 183; 5, 263
sterilis (*-es*): **O** 4, 413 | **(O)** 1, 878
talis (*-es*): **O** 5, 231. 250 | **(O)** 3, 535
tenacis (*-es*): **(O)** 5, 186
tenuis (*-es*): **O** 4 × | **(O)** 1, 868; 2, 10
teretis (*-es*): **O** 5, 151[c] | **MN(GL)** 1, 207
tris (*-es*): **O** 7 × | **GL** 3, 405 om. **M** | **LM(G)** 1, 793 | **M(GL)** 1, 675 **(N)**; 2, 310. 349
uiridis (*-es*): **M(GL)** 1, 705
uolucris (*-es*): **O** 5, 160 | **LM(G)** 1, 850 | **(O)** 1, 633. 866, et ut substantivum 'aves' 2, 43; 5, 379. 386
participiorum: *-is* (*-es*)
-is nulla varietate *claudentis, colentis, currentis, figurantis, flagrantis, flammantis, flentis, haerentis, labentis, loquentis, lucentis* (sed *perlucentes* **O**), *maerentis, nascentis* (4 ×), *nocentis, pugnantis, rorantis, ualentis, uenerantis, uidentis, uolantis*
ardentis (*-es*): **O** 1, 894; 5, 472. 723 | **LM(G)** 4, 220. 232
errantis (*-es*): **LM(G)** 5, 14 | **M(GL)** 1, 742
ferentis (*-es*): **O** 2, 45 | **M(GL)** 5, 635
frigentis (*-es*): **MN(GL)** 1, 314
fugientis (*-es*): **LM(G)** 4, 625
fulgentis (*-es*): **O** 1, 275; 2, 488 | **MN(GL)** 1, 390
furentis[c] 5, 660: *-em* **O**
gementis (*-es*): **LM(G)** 5, 355
iacentis (*-es*): **MN(GL)** 1, 536
imitantis (*-es*): **(O)** 2, 675
importantis (*-es*): **MN(GL)** 1, 428

latentis (*-es*): **O** 5, 399 | (**O**) 1, 443
merentis (*-es*): **M**(**GL**) 4, 96
natantis (*-es*): **LMN**(**G**) 1, 155
nutantis (*-ęs*): **LN**(**G**) 1, 5
pallentis (*-es*): (**O**) 5, 257
pendentis (*-es*): **O** 4, 881 | **M**(**GL**) 5, 282
perlucentis (*-es*): (**O**) 5, 531
praestantis (*-es*): (**O**) 4, 700
signantis (*-es*): **MN**(**GL**) [1, 596]
tangentis (*-es*): **LN**(**G**) 1, 42
tenentis (*-es*): **M**(**GL**) 5, 122
trahentis (*-es*): **MN**(**GL**) 1, 666
uallantis (*-es*): **M**(**GL**) 5, 271

IV dat. abl. plur.: *-ubus* (*-ibus*)
arcubus: **GLM** 3, 213
artubus: **GL**(**M**) 4, 703 (*artibus* ab *ars* 3 ×)

heteroclita
materies: -ęs 5 ×^{m} | *-am* 1, 822; 2, 190; 4, 9. 248. 714 | *-ae* (gen.) 4, 931 | *-ae* (dat.) 2, 114; 5, 508 | *-a* (abl.) 4, 293
nequities nom. sing.: 2, 602^{m} **GM** (*-as* **L**†)
currus acc. plur. (*-os*): **O** 4, 231 | **GL**(**M**) 5, 10 | 1, 198†
lacus (*-os*): **O** 4, 39. 678; 5, 679 | **GL**(**M**) 4, 264
saltus (*-os*): **O** 4, 223; 5, 323 | **G**(**LM**) 3, 2
sucos (*-us*): (**O**) 3, 144

declinatio nominum Graecorum

I nom. sing. fem.
Creta: 4, 785^{m} *Crete*: 4, 634^{m} (praeterea *Cassiope*, *Erigone*, *Helice* 2 ×, *Olenie*, *Thrace*)

I gen. sing. fem.
Andromedae: 1, 616 (*-e* **MN**)
Cyrenes ex coni.: 4, 780 (*tyrrhenos* **LM** *-as* **G**)
Erigones: 4, 469 (*-e*, hoc est *-ae* **O**)
Messenes ex coni.: 3, 14 (*Messanae* **O**)

I acc. sing. masc.
Aenean (*-am*): **M**(**GL**) 4, 24
Bellerophonten: 5, 97 (*-ē* **O**)
Borean (*-am*): **GM**(**L**) 4, 646^{m} | **G**(**LM** *-ā* **N**) [1, 372] | (**L** *-ā* **GMN**) 1, 566
syboten (*-em*): (**L** *-ē* **GM**) 5, 126
Tydiden (*-em*): **M**(**GL**) 1, 763
Xerxen: 4, 65 (*-e* **O**)

I acc. sing. fem.
Andromedan (*-am*): **O** 5, 544 | **M**(**L** *-ā* **G**) 5, 23 | (**O**) 1, 356 | 2, 28† (*-e* **M** *-ae* **GL**)
Erigonen (*-em*): **M** 1, 565 A (*-ē* **N** om. **GL**); 2, 507 (*-ē* **GL**) | (**O** = *-e*) 2, 32^{m}. 406. 559
Helicen (*-em*): **O** 1, 218 | **G**(**LM**) 4, 792
Libyam (*-an*): **O** 4, 598. 779^{m} | **LM**^{2}(**GM**) 4, 661

I voc. sing. masc.
Philoctete: **L** (*-ae* **GM**) 5, 299

I abl. sing. fem.
Andromeda: 1, 350; 5, 572 (*-a est* **M** *-ē* **G** *-em* **L**)
Helice: 1, 634

II nom. sing. masc. fem.
Arctos (*-us*): 1, 502 **M**(**GLN**); 5, 693

Cypros: 4, 635
Epiros 4, 690 (sed *Epirum*)
Hesperos: 1, 178
horoscopos (*-us*): **O** 3, 389. 518 | **M**(**GL**) 3, 608 | (**O**) 2, 829; 3, 200. 440. 504
Ninos[c]: 4, 804
Rhodos: 4, 764
Scorpios (*-us*): **O** 2, 213†. 237. 254. 258. 407. 443. 462. 557; 3, 574; 4, 217†. 344 | **M**(**GL**) 2, 633 | (**O**) 1, 690; 2, 229. 544. 636. 667; 4, 321. 383. 477. 553. 707. 780; 5, 697
forma Latina: *Centaurus* (6 ×), *Cycnus, Eurus, Hesiodus, Lycurgus, Nilus, Oceanus, Olympus, Ophiuchus, Zephyrus*

II nom. acc. sing. neut.
Cetos (*-us*): 1, 433 **M**†(**GLN**†); 5, 15 (*-um* **O**): gen. *-i* 3 ×
Deltoton: 1, 353; 5, 714
Daemonium: 2, 938
dodecatemorium: 2, 700. 736. 741
trigonum: 5 ×

II acc. sing. masc. fem.
Arcton: 1, 566
Canopon (*-um*): **MN**(**GL**) 1, 216
Delon: 4, 637
horoscopon: 3, 190[m]. 205[m]. 538 (**M** *-os* **GL**)
Iolcon: 5, 34
Rhodon: 4, 637
Scorpion: 1, 268[m]; 2, 365[m]. 499[m]. 502[m]. 513[m]
Tartaron: 2, 64 *-an* **O**
Tenedon (*-um*): (**O**) 4, 638
forma Latina: *Aegyptum* (4, 798[m]), *Arcturum* (5, 358[m]), *Centaurum* (1, 613[m]), *Corinthum, Croesum, Cycnum, Ebusum* (4, 640[m]), *Epirum, Phrixum*

II acc. plur. masc.
onus: **M** 5, 350 (*omis* **GL**)

III nom. sing. masc.
Orion: 5 × (3 × [m])
Platon: 1, 774[m]
Procyon: 1, 412; 5, 197[m]
Solon (*-o*): **GL**(**M**) 1, 773
Phorcys (*-us*) [*-is*]: (**O**) 4, 644 | (**M**) [**GL**] 5, 585

III gen. sing.
Draconis (*-ontis*): **O** 1, 627 (ut 1, 453; 3, 11; 5, 565. 715) | **GL**(**M**) 5, 389 (ubi vide app. crit.)
Cepheidos: 1, 436
Colchidos (*-is*): (**O**) 5, 34
Heliconos (*-es*†): (**O**) 2, 50
Persidos (*-is*): (**O**) 1, 776
Phasidos: 4, 517; 5, 376
Propontidos: 4, 616. 679

III acc. sing.
Aulida: 4, 638
Charybdin (*-im*): **G**(**LM**) 4, 605
Phasin: 5, 45[m]
Tanain (*-im*?): 4, 677 *tantam* **LM** *-um* **G**
Tiphyn (*-un*?): 5, 45 *-ī* **G** *-um* **LM**

III nom. plur.
Arcades: 4, 768[m]

III. gen. plur.
heroum: 5, 13 (**M**: om. **GL**), fort. *heroon* scribendum (vide app. crit.)
III. acc. plur.
Arabas (*-es*): 4, 654 | **M**(**GL**) 4, 754
Cycladas (*-es*): (**O**) 4, 637
gigantas (*-es*): **MN**(**GL**) 1, 421
Pleiadas (*-es*): 5, 710 | **M**(**GL**) 5, 142
Titanas (*-es*): 2, 15
elephantas: 4, 666[m]
heroas: 5, 482[m]
lampadas: **GL** 1, 846[m] (*-ada et* **M**)

e et *i*
genetrix (*-nit-*): **M**(**GL**) 4, 634
Mauretania (*-ea*) [*-ritanea*]: (**LM**) [**G**] 4, 729
pinna (*penna*): **LM**(**G**) 5, 445. 558 | **M**(**GL**) 5, 419
protinus: **GL** 1, 814: om. **M**
sinibus (*sen-* prob. Junius): 5, 421 | **GM** 5, 392 *sensibus* **L**
ualetudo (*uali-*): **GL**(**M**) 3, 140 | (**GLN**) 1, 404, *ualundo* **M**
e et *u* (hoc ut antiquum probarunt Scal., Hous.)
ereptus (*-rupt-*): 3, 15. 19; 5, 252 | (**O**) 3, 355
subrepto (*-rupt-*): (**O**) 3, 352
Euphrates: 4, 800 *eufrates* **GL** *euphartes* **M**
ex cum *s-* compositum
exsiccat: 4, 729
exsiliit (*exi-*): (**O**) 1, 166
exsistunt (*exi-*): (**O**) 1, 834
exspirant (*exp-*): (**O**) 4, 594
exstillat (*ext-*): **M**(**GL**†) 5, 604
exstincta (*ext-*): (**O**) 5, 515
exstiterint (*ext-*): **M**(**GL**) 2, 877
exsuperare (*exu-*): 3, 423 **LM**(**G**). 427 **L**(**GM**). 650 **M**(**GL**); 4, 925 (**O**)
exsurgit (*exu-*): (**O**) 1, 439
exsuscitat: 5, 227
ex et *e* ante consonantes
e binis: 1, 700
e causis: 3, 386
ex diuers-: 1, 310. 504; 2, 170; 5, 436
e Geminis: 2, 182 (**M** *et* **GL**); 4, 152
e[c] *Iouis*: 2, 446 (*et* **O**, corr. Scal.[2]: *ex* Ellis 50)
e[c] *Libra*: 3, 414 (*librae* **O**)
ex longo: 2, 378. 399 (**GL** *et* **M**). 677
e medi-: 1, 864 (*et* **O**); 3, 370
ex minimis: 1, 493
ex nihilo: 1, 130
e niueo: 1, 751 (**GL**: om. **M**)
ex nullis: 1, 122
e numero: 5, 717
ex paribus: 2, 167. 279 (*et* **O**)
e partibus: 2, 395 (**GM** *ex* **L**); 4, 593
e quibus: 1, 261. 488; 4, 808 (**GM** *et* **L**)
ex quo: [1, 235]
ex recto: 2, 373
e rupibus: 5, 590

e scopulis: **5, 628 (G** *et* **LM)**
ex se(met): **2, 581. 634; 4, 100. 129**
ex signis: **2, 303. 484. 641 (*e* GM** *et* **L)**
ex simili: **1, 354**
e solido: **1, 285**
e summo: **2, 407**
ex tecto: **4, 91 (*exceptos* O)**
e toto: **1, 203 (*et* O); 3, 375 (*et* O)**
e tribus: **4, 467 (G** *et* **LM)**
ex uariis: **2, 35**
ex uiribus: **2, 908**

ex in compositis mutatum
edomuit (*et d-*): **GM(L) 4, 904**
effingere (*et f-*): **2, 295. 333; 5, 250 | GL(M) 5, 263 | G(LM) 5, 315:** in his duobus *ecf-* Hous.
efflat (*et f-*): **GL^2(LM) 5, 603** (*ecf-* Hous.)
effluat (*et f-*): **l(GLM) 2, 764** (*ecf-* Hous.)
effundere (*et f-*): **O 7 × | GL^2(LM) 2, 239** (*ecf-*Hous.) | **GL(M) 5,230**(*ecf-* Ellis 175)
egelido (*et g-*): **M(GL) 5, 131**
ementita (*et m-*): **G(LM) 5, 60**
enata (*et n-*): **LM(G) 4, 27**
enatat (*et n-*): **2, 942; 5, 324 | M(GL) 4, 607**
eripit (*et ripit*): **O 6 × | GLN(M) 1, 351**
euenit (*et u-*): **G(LM) 2, 323**
euincunt (*et u-*): **M(GL) 3, 63**

flagrare (*fragl-*) [*fragr-*]: **L(M) [G] 5, 745 | G(LM) 2, 880**
fluidum (*fluui-*): **GL(MN) 1, 164**
fluitabunt (*fluui-*): **GL(M) 5, 51**
futtilibus (*-uti-*): **M(GL) 1, 876**

g et *gu*
depingere (*-gu-*): **1, 445 | L^{2}M(GL) 5, 261**
distinguere: ubique **6 ×**
tinguitur (*-gi-*): **GMN(L) 1, 411**
urgere (*-gu-*): **G(LM) 2, 567 | L(GM) 3, 675**

gm
agmine: **G 5, 580:** *aumine* **LM**
tegmina: **GL^2 5, 152:** *tecmina* **LM**

gn et *cn*: vide *cn*
gnatus: vide *natus*

Hadriaco (*adr-*): **M(GL) 4, 609**
harena (*ar-*): **1, 910; 4, 225. 629. 669; 5, 191. 527. 730 | LM(G) 5, 435 | G(LMN) 1, 160**
harenosis (*ar-*): **M(GL) 4, 728**
hu- et *u-*: vide *u-*

i et *e*: vide *e*
i et *u* (vide etiam *u* et *i*)
decimus (*-cum-*): **2, 336; 3, 681; 5, 270 | LM(G) 4, 462. 472. 474. 478. 487. 490. 495 | GL(M) 3, 615 | GM(L) 5, 365 | (O) 4, 445 bis. 450 bis. 460. 470; 5, 57†**
undecimus semper: **3, 138; 4, 474. 479. 495**
lacrima (*-rum*)-: **1, 889; 3, 526; 4, 780; 5, 546 | LM(G) 5, 328**

proximus (*-xum-*): **O** 27 × | **GL(M)** 4, 789
septimus (*-tum-*): **O** 18 × | **G(LM)** 4, 463
idcirco (*iccirco*): **O** 8 × | **LMN(G)** 1, 168. 215 | **LM(G)** 3, 553 | **GM(L)** 3, 525
idem (formas trisyllabicas *ea- eis- eo- eun-dem* supersedi notare)
nom. sing. masc. *idem* (*isd-*): 5 × | **G(LMN)** 1, 521[2]
nom. acc. sing. neut. *ĭdem*: 3 ×
dat. sing. *eidem* disyllabum: **GM** 3, 73 (*idem* **L**) | 3, 487 *hisdem* **LM** *iisdem* **G**
nom. plur. *idem*: 2, 518
dat. abl. plut. *īsdem* disyllabum (*iisdem*): 2, 97 (*h-*); 4, 652 | **ML(G)** 1, 186 **N**; 4, 589 | **GL** 3, 78 (*h-*), (*eisdem* **M**) | **M** 4, 510 (*idem* **GL**)
in in compositis
illudere (*inl-*): **G(LM)** 4, 263
[*Illyricum* (*inl-*): **G(LM)** 4, 611]
immatura (*inm-*): **GL(M)** 3, 617
immensus (*inm-*): **GL(MN)** 1, 542 | **GM(L)** 2, 18 | **G(LM)** 1, 178 (**N**)†. 247. 295. 330. 489; 4, 924; 5, 584 | **G(LN)** 1, 14. 23 | (**O**) 4, 90. 821
immergere (*inm-*): **GL(M)** 1, 392 (**N**). 830; 5, 400 | **G(LM)** 2, 46; 4, 842 | (**O**) 3, 205; 4, 538
immitis (*inm-*): **G(LM)** 5, 413. 620
immittere (*inm-*): **GL(M)** 5, 95. 501 | **GN(L)** 1, 24 | **G(LM)** 2, 89; 3, 21; 5, 402
immobilis (*inm-*): 5, 41 | **GL(M)** 2, 630; 5, 677
immotus (*inm-*): 1, 76. 282 | **GL(MN)** 1, 632 | **G(LM)** 5, 428
immundus (*inm-*): 5, 125
immunis (*inm-*): **GL(M)** 4, 459; 5, 33 | **G(LM)** 4, 393
immurmurat (*inm-*): **M(GL)** 5, 382
impedit (*inp-*): **GL(M)** 4, 200
impellere (*inp-*): **GL(M)** 5, 581 | **G(LM)** 4, 644; 5, 113 | **L(GM)** 3, 269
impendere (*inp-*): **GL(M)** 3, 38 | **G(LM)** 4, 407
impensius (*inp-*): **GL(N)** 1, 16
imperare (*inp-*): 2, 857; 4, 93 | **GL(M)** 5, 525
imperitat (*inp-*): **GL(M)** 2, 464†
imperium (*inp-*): 1, 496. 510. 512. 912; 2, 146. 933 | **GL(M)** 4, 544. 774
impetus: 5, 497
implere (*inp-*): 1, 469. 811. 909; 2, 316. 426 | **GL(M)** 4, 858; 5, 133
imponere (*inp-*): 1, 96 (**N**); 2, 438. 595 | **GL(M)** 1, 741; 3, 114; 4, 550. 695. 905 | **G(LM)** 1, 338 (**N**); 2, 68; 4, 208. 239; 5, 92 | **L(GM)** 5, 98
importantis (*inp-*): **G(LMN)** 1, 428
impressis (*inp-*): **L(GM)** 3, 663
improbitas (*inp-*): **GL(M)** 5, 498
improuidus: 5, 311
impune: 5, 393
irriget (*inr-*): **GL(M)** 2, 65
irriguus (*inr-*): **GL(M)** 4, 727; 5, 237
irrita (*inr-*): **GL(M)** 3, 148
incohat: 2, 193 *inchoat* **O**
iucundum (*ioc-*): **M(GL)** 5, 431
Iuppiter (*Iupiter*): **GL(M)** 5, 343 | **GM(L)** 1, 337 (**N**); 2, 890; 4, 29; 5, 25 | **L(N)** 1, 431 (**M** hoc loco corruptus) | **M(GL)** 2, 441 | (**O**) 1, 363. 370. 423
iuuenalis (*-ilis*): **LM(G)** 4, 260. 357

litoreus (*-tt-*): 5, 191 | **LM(G)** 3, 316
litus (*-tt-*): 4, 656; 5, 406. 528. 549. 568. 579. 730 | **GM(L)** 5, 397. 667 | **LM(G)** 4, 643. 806. 814 bis | **M(GL)** 1, 437 (**N**); 4, 50. 64. 263. 286. 627. 637. 639. 684. 747

m et *n* ante *d*
circumdat (*-und-*) [*ūd*]: **M[GL]** 5, 389 | **L[GM]** 4, 628. 802 | **L(G) [MN]** 1, 595 | **[O]** 1, 21; 4, 783
eundem: 2, 917
tantundem (*-umdem*) [*-ūdem*]: **GM(L) [N]** 1, 169 | **G(L) [MN]** 1, 593
m et *n* ante *qu* (= praeterpropter *-mquam* **LM** *-nquam* **G**)
numquam (*nun-*) [*nū-*]: **GL[M]** 1, 175 **[N]**; 2, 471 | **LM[G]** 1, 876; 3, 367; 4, 820; 5, 112. 695 | **LM(G)** 4, 49 | **L(G) [M]** 2, 617. 680; 3, 60. 304 **(G) [LMN]** 1, 524
umquam (*un-*) [*ū-*]: 1, 307 | **LM(G)** 2, 131. 582; 3, 363. 440 | **M(GL)** 4, 470. 540 | **(LM) [G]** 4, 5
Mauretania 4, 729: *mauretanea* **LM** *mauritanea* **GL**^{2}

natus = filius (*gnatus*): 2, 672^{m}; 5, 658^{m}; et alibi 10 × | semel tantum et illic dubia coniectura (nam praecesserat *gratia*) *gnatorum* (Bent.) ex *gratorum* **LM** 3, 132, *fatorum* **G**: *natorum* Scal.^{1}
ns et *s*
quotiens ubique: 3 ×
totiens ubique: 5 × (2, 580 = *qu-*)
decies (*-iens*): 3, 592 | **(LM)** 3, 487 (**G** *dece*)
ubique *centesimus, tricesimus* (3 ×), *uicesimus* (10 ×)
adamas (*-ans*): **M(GL)** 4, 926
monstrum (*mostrum*): **GM(L)** 5, 618

o pro *u*
obliquus (*-quos* ? nom. sing.): Reg.^{c} **(O)** 3, 319
Saturnus (*-ornus*): **O** 3 × | **GL(M)** 5, 6 (= 1, 807 ubi *-tur-* **M**)
uirgula (*-ola*): **O** 3 × | **G(LM)** 2, 289
urna (*orna*): **O** 5 × | **G(LM)** 4, 272
ob in compositis
obtinere: 3, 62 | **GLM^{2}N** 1, 540 (*opt-* **M**)
opponere: 2, 404; 4, 32. 306 | **GM** 1, 903 (*obp-* **L**)

p et *b*: vide *b*
p inserta post *m*
autumnus -alis (*-mpn-*): 10 × | **GLM(N)** 1, 579
contemne (*-mpne*): **G(LM)** 4, 923
damn -a -are -osus (*-mpn-*): 12 × | **GM(L)** 4, 490 | **G(LM)** 1, 775 bis | **M(GL)** 5, 545
hiems (*-mps*): **G(LM)** 3, 633
sol(l)emni (*-mpni*): **GM(L)** 3, 93
temptare: 4 × | **GL** 4, 834 (*temtauit* **M**)
prendere et *prehendere*
prendere: 2, 127; 3, 388; 4, 21
comprendere (*-ehe-*): 5, 233 | **GL** 1, 108 **(N)**. 348 **(MN)**; 3, 104 **(M)** | **G(LM)** 1, 832
deprendere (*-ehe-*): 5, 296. 525 | **GL(N)** 1, 63 | **GM(L)** 3, 215 | **G(LM)** 1, 506 **(N)**. 830 | **(O)** 1, 822

qu et *c*
Arcitenens (*Arqui-*): **GL(M)** 2, 246. 408. 504. 523; 4, 560. 708; 5, 357. 364 | **G(LM)** 2, 187
coquere (*quo-*): **GL(M)** 3, 316 | **G(LM)** 5, 533. 683
cui: 22 × | 2, 7 *que* **M** *quae* **GL** | 2, 888 *quod* **O** | 4, 449 *quo* **O**^{v} | unde Hous.^{5} 176 (= 114^{G5}) *quoi* vult elicere

cum coniunctio (*qum*) [*quum*]: fere 134 × | **LM(G)** 2, 619 | **GM[L]** 5, 311
equus (*ecus*): 5, 24 | **GLN(M†)** 1, 348 | **GL(M)** 5, 633
obliquum (*-cum*): **GLN(M)** 1, 687 | **GL(M)** 5, 80 | 3, 334† *-quus* **GL** *-tuus* **M**
relinquunt (*-qunt*): **L(GM)** 4, 861 (cf. *linquunt* **O** 2, 778; 4, 159)
sequuntur (*-quntur*) [*-cuntur*]: 2, 81 **M(GL)**. 208 **O**; 3, 278 **GM(L)**. 516 **GL[M]**. 526 **GL(M?)**; 4, 269 *-quentur* **GLM**, non ex *-quontur* (Hous.[4]) corruptum, sed potius consulto ex praesenti in futurum immutatum
quattuor (*quatuor*): **GM(LN)** 1, 138. 581. 608 | **GM(L)** 2, 268. 656. 684. 789; 3, 621 (*-ct-* **M**). 666; 4, 458. 587; 5, 39. 73. 348. 713 | **G(LM)** 2, 349; 3, 317 | **M(GL)** 3, 576 | **(O)** 3, 578
querella (*-ela*): **GM(L)** 2, 624 | **M(GL)** 4, 13. 429
quicquam: semper **O** 1, 140. 478; 2, 235; 3, 668; 4, 322
quidquid (*quicquid*): **LM(G)** 5, 90 | **M(GL)** 1, 463 **N**. 650 **N**. 812; 3, 102. 117. 324; 4, 244. 791 | **(O)** 2, 814. 844; 4, 249 bis. 276

rursus: 19 × | *rursusque* 4, 601 corruptum (*rursus et* exspectandum erat, ut 3, 474; 4, 388. 613) | *rursum* 2, 73 (ut 72 *cursus* varietur); 4, 125 (sigmatismi vitandi causa), et ex coniectura 601 (ut vocabulum elidatur)

s geminata
? *aussus*[c] 5, 10 (*iussus* **O**)
? *infussa*[c] 4, 890 (*iussa* **O**)
sepulcrum (*-chrum*): **GL(M)** 4, 92 | **GM(L)** 4, 541. 660 | **G(LM)** 2, 594; 4, 71. 837 | **(O)** 1, 883. 895; 5, 461
sollem(p)ni (*sole-*): **GL(M)** 3, 93 (vide etiam *p* inserta)
sub in compositis
sub + *c-*: ubique *succedere* (9 ×), *succensis*, *successus*, *succidit*: etiam *suscipit*
succinctus (*subc-*): **(O)** 4, 556
succumbere (*subc-*): 4, 74 | **GMN(L)** 1, 464 | **G(LM)** 1, 543 (**N**); 3, 650
sub + *f-*: ubique *sufferre* (2 ×), *sufficere* (4 ×), *suffragantibus*, *suffragia*, *suffusa*
sub + *g-*: ubique *suggerit*
sub + *m-*: ubique *summittere* (2 ×)
summersus (*subm-*): **LM** 4, 580 (om. **G**) | **(O)** 1, 176 (**N**); 2, 93. 837. 892; 3, 379
summotus (*subm-*): 1, 588 **N**; 2, 84; 5, 720 | **G(LM)** 2, 354. 393. 398. 677 | **(O)** 3, 256
sub + *p-*: ubique *supplet*, *supplicium* (2 ×): etiam *suspendere* (12 ×)
sub + *r-*
surripio (*subr-*): 3, 352 | **LM** 2, 954 (*supr-* **G**)
sub + *s-*: ubique *suspicere* (2 ×), *suspirare* (2 ×)
sub + *t-*
sustuleris -it (*subst-*): 1, 149 **N**; 5, 487 | **G(LM)** 5, 47

t et *d*: vide *d*
Thrace (*threce*): **G(LM)** 4, 691
Thracia (*thraecia†*): **O** 4, 756[c] | **(O?)** 1, 769[c]
tranare (*transnare*): **(O)** 4. 80; 5, 43
Trasimenne: 4, 39 *trasimene* **L** *tharsymetne* **M** *tasimene* **G**
tum et *tunc* ante consonantes (vide Tappertz 26 n. 3)
tum (*tunc*) *belli* 1, 89
Cererem 3, 629 (**G**) | *cernere* 1, 472 | *cetera* 3, 281 (**O** 3, 192. 430) | *conferta* 5, 726 | *coniuncta* 2, 757 (**O**) | *cum* 1, 501
demum 2, 782 (**O**); 4, 648; 5, 104. 686† | *di* 1, 422
laeta 1, 69 | *Liber* 3, 662 | *Libra* 1, 267 | *lumina* 1, 470 | *Luna* 2, 735

magni 1, 343 | *materna* 3, 195
nobilis 1, 412 | *Notius* 1, 438 (G)
pecudum 3, 654 (O) | *Phoeben* 3, 197 | *Pisces* 2, 13 (O) | *ponitur* 2, 756 | *premit* 1, 644 | *prima* 5, 38; *-um* 3, 652 (G) | *Procyon* 1, 412 (O)
quartum 5, 716 | *-que* 1, 75; 3, 481 (O); 4, 765 (O) | *qui* 1, 46 (O) | *quia* 1, 831 (O) | *quo* 3, 495 | *quoque* 1, 346; 5, 611 (O). 667 (O)
tantum 4, 851 (G) | *tertia* 1, 546
uelut 1, 69 | *uenit* 1, 271 | *uertimur* 3, 536 | *uicina* 1, 361; 4, 860 | *Virgine* 2, 364
tunc (*tum*) *fuerat* 5, 588
Iuppiter 1, 431
rērum 2, 759 | *riget* 3, 641
si 3, 187 (M) | *siluas* 1, 329 | *suffragantibus* 4, 554 (O) | *summa* 2, 732
turis (*thuris*): (O) 5, 340

u pro *y* Graeca
gyro: 5, 75 *guiro* **M** *giro* **GL**
Phorcys (*-us*): (O) 4, 644† | 5, 585 *-is* **GL** *-us* **M**
u et *e*: vide *e*
u- et *hu-*
umentis (*hu-*): **GL**(**M**) 5, 449
umerus (*hu-*): **M**(**GL**) 1, 390 (N); 4, 581; 5, 556 | (O) 2, 459
umor (*hu-*): 2, 196; 5, 250. 680 | **LM**(**G**) 5, 249 | **M**(**GL**) 1, 138 (N). 162 (N); 4, 413; 5, 687 | (O) 4, 499
umidus (*hu-*): **M**(**GLN**) 1, 141 | (O) 1, 818; 2, 233
u et *i* (vide etiam *i* et *u*)
monumenta (*-nim-*): 5, 513 | **LM**(**G**) 4, 685; 5, 253 | (O) 1, 323
quadrupes (*-rip-*): 4, 234 | **GL**(**M**) 5, 86. 643 | (O) 5, 351
u in *o* mutata: vide *o*
uacat (*uocat*): **G**(**LM*NP**) 1, 13: semper *uacuus* (5 ×)

x et *cs* (loca ab Hous.[5] adducta)
3, 65 *sanxit* **GL** *sane sit* **M** (? *sancsit*)
3, 324 *prouexerit*[c]: *preuecteris* **O** (? *prouecserit*)
5, 417 *exit* **GL** *est sic* **M** (? *ecsit*)
x et *cx* (loca ab Hous.[5] adducta)
4, 535 *pròduxerit* **GM** *producxerit* **L**
4, 693 *maxima* **GL** *mae xima* **M** (? *macxima*)
5, 661 *laxo* **GL** *lacxo* **M**
x et *xs* (loca ab Hous.[5] adducta)
2, 374 *conuexo*[c]: *conuerso* **O** (? *conuexso*)
3, 325 *conuexa* **GL** *conuexsa* **M**
5, 202 *fixa* **GM** *fixta* **L** (? *fixsa*)

TABVLAE ASTROLOGICAE

Sigla adhibita

signorum zodiaci

♈	Aries	♎	Libra
♉	Taurus	♏	Scorpius
♊	Gemini	♐	Sagittarius
♋	Cancer	♑	Capricornus
♌	Leo	♒	Aquarius
♍	Virgo	♓	Pisces


planetarum

⊙	Sol	♂	Mars
☾	Luna	♀	Venus
♄	Saturnus	☿	Mercurius
♃	Iuppiter	⊕	Sors Fortunae


HOR.	Horoscopus
OCC.	Occasus
MC	Medium Caelum
IMC	Imum Caelum

TABVLAE ASTROLOGICAE


Tab. 1 Trigona, 2, 273 – 286




Tab. 2 Quadrata, 2, 287 – 296




Tab. 3 Hexagona, 2, 358–384




Tab. 4 Diametra, 2, 395–432




Tab. 5 Videntia, 2, 466 sqq.




Tab. 6 Audientia, 2, 466 sqq.




Tab. 7 Amantia et insidiantia, 2, 466sqq.




Tab. 8 Dodecatemoria signorum, 2, 693–721




Tab. 9 Dodecatemoria planetarum, 2, 738–748




Tab. 10 Cardines et Intervalla, 2, 788–855




Tab. 11 Dodecatropos, 2, 856–967




Tab. 12 Orbis Athlorum, 3, 43–159



Tab. 13 Ratio diurna, 3, 160–193



Tab. 14 Ratio nocturna, 3, 194–202



Ad Tab. 13 (Ratio diurna): 'Partes zodiaci a Sole ad Lunam numera secundum ordinem signorum ac deinde totidem eodem ordine ab horoscopo: hae ubi deficient, ibi invenietur locus Fortunae. fac Solem in Cancro esse, Lunam in Virgine, duorum signorum spatio distantem, horoscopum in Libra. duo signa numera a Libra: locus Fortunae invenietur in Sagittario, militiae in Capricorno, reliqua deinceps.' Hous.[3] ad 178–193

Ad Tab. 14 (Ratio nocturna): Si noctu nativitas fiet, *verte vias* (3, 196): non a Sole ad Lunam, sed a Luna ad Solem numerare oportet. sunto, ut prius, Sol in Cancro et Luna in Virgine; horoscopus vero esto in Ariete (Libram enim in exemplo non iam possumus retinere, quia in omni genitura nocturna Sol necessario infra horizontem locatur): cum Sol decem signa a Luna distet, decem signa ab Ariete numerare debes: locum ergo Fortunae in Aquario invenies.

Tab. 15 Ortus et occasus, 3, 275–300

ORTUS				OCCASUS	
Stadia	Horae	Signa		Stadia	Horae
40	$1\frac{1}{3}$	♈	♓	80	$2\frac{2}{3}$
48	$1\frac{3}{5}$	♉	♒	72	$2\frac{2}{5}$
56	$1\frac{13}{15}$	♊	♑	64	$2\frac{2}{15}$
64	$2\frac{2}{15}$	♋	♐	56	$1\frac{13}{15}$
72	$2\frac{2}{5}$	♌	♏	48	$1\frac{3}{5}$
80	$2\frac{2}{3}$	♍	♎	40	$1\frac{1}{3}$


Tab. 16 Ortus et occasus, 3, 385–442

ORTUS				OCCASUS	
Stadia	Horae	Signa		Stadia	Horae
$39\frac{1}{6}$	$1\frac{11}{36}$	♈	♓	$80\frac{5}{6}$	$2\frac{25}{36}$
$47\frac{1}{2}$	$1\frac{7}{12}$	♉	♒	$72\frac{1}{2}$	$2\frac{5}{12}$
$55\frac{5}{6}$	$1\frac{31}{36}$	♊	♑	$64\frac{1}{6}$	$2\frac{5}{36}$
$64\frac{1}{6}$	$2\frac{5}{36}$	♋	♐	$55\frac{5}{6}$	$1\frac{31}{36}$
$72\frac{1}{2}$	$2\frac{5}{12}$	♌	♏	$47\frac{1}{2}$	$1\frac{7}{12}$
$80\frac{5}{6}$	$2\frac{25}{36}$	♍	♎	$39\frac{1}{6}$	$1\frac{11}{36}$


Tab. 17 Variatio dierum, 3, 443–482

Signa	Variatio horarum	Propria	Cumulata
♑	9 – 9½	+ ½	+ ½
♒	9½ – 10½	+1	+1½
♓	10½ – 12	+1½	+3
♈	12 – 13½	+1½	+4½
♉	13½ – 14½	+1	+5½
♊	14½ – 15	+ ½	+6
♋	15 – 14½	– ½	– ½
♌	14½ – 13½	–1	–1½
♍	13½ – 12	–1½	–3
♎	12 – 10½	–1½	–4½
♏	10½ – 9½	–1	–5½
♐	9½ – 9	– ½	–6

Tab. 18 Anni signorum, 3, 560–580



Tab. 19 Anni dodecatropi, 3, 581 – 617



Tab. 20 Decanica, 4, 294 – 407

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
1	♈	♋	♎	♑	♈	♋	♎	♑	♈	♋	♎	♑
2	♉	♌	♏	♒	♉	♌	♏	♒	♉	♌	♏	♒
3	♊	♍	♐	♓	♊	♍	♐	♓	♊	♍	♐	♓

Tab. 21 Partes damnandae, 4, 408–501

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
		1	1	1	1		1			1	
4		3	3	4			3	4			3
6			6		6	5	6				5
7		7	8			7		8	7		7
10	9			10			10		9		
12			11		11			12		11	11
14	13				14	14			13	13	
		15	15	15			15	16		15	
18	17		17		18	17			17		17
		19	20					20	19	19	
21	22	21		22	21		22			21	
	24				24	24		24			
25	26	25	25	25			25	26	25	25	25
27	28	27	27	28		27	28	28	27		27
	30	29	29	30	30	29 30	29	30		29	

Semel tantum par numerus impari sine intervallo succedit (♎ 29, 30) et bis tantum intra signum impar pari (♈ 6, 7; ♏ 28, 29); adeo ut poetam in errorem incidisse liceat suspicari. quod si ex his partibus duas male inclusisset, centum rotundarentur partes damnandae. sed ratio numerorum seriei adhuc latitat.

INDEX NOMINVM

Asterisco admoneris ut apparatum criticum consulas

INDEX RERVM